CROTONIS

MONOGRAPHIAM,

SPECIMINIS LOCO INAUGURALIS,

UT

DOCTORIS MEDICI GRADUM

IN ALMA FRIDERICIANA

ADIPISCATUR,

AD DIEM 20. MARTII 1807.

EXHIBET

EDUARDUS FERDINANDUS GEISELER,

SEDINO-POMERANUS.

HALAE

FORMIS F. A. GRUNERTI PATRIS.

LECTURIS

AUCTOR.

Non dubito fore, qui ambigant, unde mihi, tironi ſaltem, generis tam parum cogniti illuſtrandi multisque novis ſpeciebus augendi facultas venerit, niſi fontem operisve incipiendi occaſionem indicavero.

Proſpera mihi fuit fortuna, ab ore ſummi viri atque aeterna memoria digni VAHLII *pependiſſe; liberalitatem autem et humanitatem, qui-*

bus vir praeſtantiſſimus in auditores amicosque uſus eſt, haud unquam quisque ſatis laudare poterit. Quodſi omnes naturae veri ſcrutatores, morte illius praematura luctum percipiunt, multo atrociori dolore affliguntur familiares ipſius, cum non ſolum amicum perdiderint, ſed theſauros etiam collectionum et adverſariorum locupletiſſimos et utiliſſimos, quos unquam aliquis botanicus poſſederit. Saepiſſime optimus vir auditores, maxime familiares, ad elaboranda quaedam themata incitavit, oblatis ſimul, quae amabilis eius erat liberalitas, collectionibus abundantiſſimis et adverſariis doctiſſimis. Hinc factum eſt, ut et mihi, cuius cauſſa praeſtantiſſimus vir omnia vellet, autumno MDCCCIV. Crotonum et affinium generum examinandorum veniam daret, benignitate etiam ſumma libro-

rum omnium, adverſariorum et herbarii uſum concederet. At, proh dolor, vix coeperam ſyllabum componere, quum dira mors tam carum caput nobis auferret. Interim non defuit tironi, opusculum elaboranti, benignitas et humanitas ſucceſſoris digniſſimi Hornemanni, *viri illuſtris.* Rottböllii *etiam et* Iſerti *gazas perluſtrare licuit. Quod cum gratus agnoſco, tum lubentiſſime fateor,* Hornemanni *liberalitati, qua auditores amplecti ſolet, multa debere. Sed urſit mox neceſſitas* Hafniam *prius relinquere, quam omnibus, quae mihi propoſueram, perfunctus eſſem; abieciſſem plane inceptum σύγγραμμα, ni* Sprengelii *praeceptoris humaniſſimis conſiliis adiutus fuiſſem.*

Is et politius limavit et variis adnotationibus ditavit opusculum, ut dignum denique videretur,

quod in lucem prodiret. Id gratiſſime confiteri mei exiſtimavi eſſe officii; nihil autem addendum habeo, niſi optare, ut talis iudicetur haec lucubratio, quae tantis viris, e quorum ſchola prodii, haud indigna videatur.

SYLLABUS SPECIERUM.

I. *Arborei aut fruticosi*

A. *Foliis eglandulosis*

1. *integerrimis*

* *glabris :*

1. Cr. variegatus 1
2. Inophyllum 2.
3. avenius 11
4. glanduliferus 55
5. glabellus 58
6. reticulatus 62
7. umbellatus 65
8. eriospermus 66.
9. laniflorus 68
10. bixoides 85

** *subtus incanis :*

11. Cr. elaeagnifolius 8
12. dioicus 10
13. Plukenetii 59
14. domingensis 63
15. scaber 76
16. maritimus 91

*** *subtus pulverulentis aut scabris :*

17. Cr. laurinus 46
18. citrifolius 73

**** *pubescentibus :*

19. Cr. tiliaefolius 27
20. luridus 36
21. Vahlii 61

***** *squamulosis.*

22. Cr. salicifolius 5
23. cascarilloides 6
24. prunifolius 74
25. nitens 77
26. Argyranthemum 78

59. pubeſcens 16
60. flocculoſus 17
61. humilis 19
62. flavens 24
63. alnifolius 40
64. bracteatus 52
65. callicarpaefolius 54
66. ſericeus 71
67. punctatus 82
68. penicillatus 89
69. lanatus 90

2. *foliis ſubintegris*:

70. Cr. origanifolius 21
71. discolor 23
72. laevigatus 47
73. ſenegalenſis 70
74. farinoſus 79
75. coccineus 49
76. Rottleri 87

3. *foliis crenatis, dentatis aut ſerratis*:

77. Cr. craſſifolius 25
78. mauritianus 26
79. aromaticus 28
80. montanus 29
81. chinenſis 33
82. corchorifolius 34
83. adfinis 35
84. populifolius 39
85. divaricatus 48
86. paniculatus 50
87. quadriſetus 53
88. Tiglium 56
89. ellipticus 38
90. corylifolius 41
91. ſubluteus 72
92. muricatus 75
93. betulinus 86.

4. *foliis lobatis*:

94. Cr. goſſypifolius 95
95. trilobatus 94

II. *Herbacei*

A. *Foliis eglandulosis*

1. *integris:*

2. *subintegris:*

3. *crenatis, dentatis, serratis:*

4. *lobatis:*

B. *Foliis glandulosis*

1. *subintegris.*

2. *dentatis, serratis:*

3. *lobatis:*

DE

CHARACTERE GENERICO.

Crotonis genus, quod recognoſcendum eſſe Jussieuus ſummo iam iure monuit (*gen. plant. p.* 389.), familiae adnumeratur Euphorbiarum ſeu Tricoccarum, quam cum Morisonio, Royenio et Linnaeo plerique botanici agnoſcunt.

Adfinitas autem eorum generum, quae huic familiae adiudicantur, melius adſpectu quam definitionibus agnoſcitur.

Sunt tamen quaedam notae characteriſticae, plerisque ſaltem communes, quas hic enumerare libet.

Sexus in tota hac familia ſolent ſegregati eſſe, ut plantae modo monoicae ſint, modo dioicae. Sola *Euphorbia* aliena eſt ab ea regula, quamvis germen pedicellatum et dichogamia gynandra partium fructificantium ſegregationem ſimulent. *Xylophylla* et *Phyllanthus*, olim ſeparatae, melius contrahuntur in unum genus, quum nullam eſſentialem differentiam a ſola ſeparatione ſexus repetere liceat.

Corollae in tota hac familia inconfpicuae aut nullae, excepta unica *Euphorbia corollata.*

Nectaria, quae fummi fecit natura, etiam in tricoccis magni momenti inftar habent. Conformia funt nectaria *Crotonis*, *Iatrophae*, *Andrachnes*, *Clutiae*, *Phyllanthi*, *Plukenetiae*, *Kiggellariae*; glandulae nimirum in ambitu germinis aut ad bafin ftaminum. Sola *Euphorbia* iterum recedit nectariis vel corniculatis vel cyathiformibus.

Staminum numerus fere femper incertus, exemplo *Euphorbiae* ipfius, cuius locus in fyftemate Linnaeano incongruus videtur, quum fenfim a quinque ad decem ftamina evolvantur.

Styli vel tres bipartiti, in *Euphorbia*, *Argythamnia*, *Phyllantho*, *Clutia*, *Andrachne*, *Ricino*, *Iatropha*, *Crotone*, *Acalypha*, *Bradleia*, vel tres pinnato-multifidi, ut in *Caturo*; vel unicus tripartitus, in *Tragia*, *Stillingia*, *Sapio*, *Aegopicro*. Rariora funt exempla ftigmatis peltati in *Hura*, *Dalechampia* et *Plukenetia*, rariffimum exemplum ftylorum binorum in *Mercuriali*.

Capfulae fere in tota familia triloculares, tricoccae vel trifpermae. Tales ferunt *Euphorbia*, *Croton*, *Ricinus*, *Iatropha*, *Clutia*, *Adelia*, *Phyllanthus*, *Argythamnia*, *Mabea*, *Agyneia*, *Acalypha*, *Caturus*, *Excoecaria*, *Tragia*, *Stillingia*, *Sapium*, *Omphalea*, *Dalechampia*. Capfulam dicoccam *Mercurialis*, tetrafpermam *Cicca* et *Plukenatia*, baccam hexafpermam *Kirganella*, capfulam polyfpermam *Kiggellaria* et *Hura*, hexafpermam *Buxus* et *Bradleia*, baccam dicoccam *Aleurites*, drupam nuce multiloculari *Hippomane*.

Summa omnium generum adfinitas verfatur in feminis fabrica. Etenim integumentum feminis in plerisque

generibus triplex eſt: *extimum* tenuiſſimum, *medium* cruſtaceum fragile, *intimum* membranaceum. Tale reperitur in *Crotone*, *Iatropha*, *Acalypha*, *Ricino*, *Phyllantho*, *Andrachne*, *Bradleia*; duplex tantummodo habent *Buxus*, *Mercurialis* et *Excoecaria*; ſimplex unica *Euphorbia*.

Albumen ſeminis ubique friabile album eſt et embryonem mole aequat. In ſola *Bradleia* deficere videtur. Embryo in omnibus generibus inverſus eſt, cum cotyledonibus foliaceis.

CHARACTER CROTONIS NATURALIS.

Flores monoici, rarius dioici, nunquam ☿

♂ *Cal.* 5-fidus. *Pet.* 5 colorata, calyciformia, aut 0. *Stam.* 5—20, baſi connata, interdum libera, rudimento germinis adfixa. *Antherae* didymae. *Glandulae* 5 nectariferae.

♀ *Cal.* ♂. *Pet.* ſaepius nulla. *Nectar.* 0. *Germen* unicum ſuperum ſeſſile, calyce plerumque perſiſtenti cinctum. *Styl.* 1, 3-partitus, ſtigm. 2—4-fida, aut ſtyli 3—6, ſtigm. 2-4-fida. *Capſ.* 3-cocca 3-ſperma *Seminis* integ. triplex, extimum membranaceum, medium cruſtaceum fragile, intimum tenuiſſimum. Albumen ſemini conforme, friabile album. Embryo albuminis mole, inverſus lacteus. Cotyledones duae foliaceae.

Arbores, frutices, ſuffrutices aut herbae. Rami cortice glabro ſaepe dichotomi. Folia ſtipulacea, alterna, rariſſime oppoſita, ſimplicia, ſubintegra aut dentata, rarius lobata, nunquam compoſita, plerumque glandulоſa. Infloreſcentia ſpicata aut corymboſa.

CHARACTER FACTITIUS.

♂ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Nectar.* glandulae 5.

♀ *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Styli* 3-partiti. *Capſ.* 3-cocca. Plures tamen variationes huius characteris occurrunt:

Cr. *variegatus* ſtaminibus gaudet 30, baſi liberis, ſtylis 3 integris, unde **Loureirius** iure ſuo peculiare genus nomine *Phyllaureae* condidit; quod multo magis defendendum eſt, ſi fructus fere baccam 3-locularem 1-ſpermam ſiſtit, ut **Loureirius** perhibet.

Floribus dioicis gaudent Cr. *ſalicifolius*, *linearis*, *discolor*, *tabacifolius*, *dioicus* Cav.

Stylis tribus ſimplicibus integris fruuntur Cr. *chinenſis* et *coccineus*; ſtylis tribus multipartitis, ac ſi ad Caturi genus pertinerent, Cr. *Eluteria*, *Aſtroites* et *maturenſis*; ſtylis tribus 4-fidis, Cr. *humilis*, *glanduloſus*, *lobatus*; ſtylis pluribus Cr. *bracteatus*, *maculatus* et *urticaefolius*.

FRUTICOSI VEL ARBOREI.

1. *Croton variegatus.*

C. foliis lanceolatis integerrimis glabris pictis petiolatis. *L. Spec. Plant. p.* 1424. *Willd. Spec. Plant. tom. IV. p.* 531. *Lam. encycl.* 2. *p.* 203.

Phyllaurea codiaeum, foliis lanceolatis, integerrimis pictis, floribus ſpicatis. *Lour Flor. Cochin. p.* 705.

Codiaeum chryſoſtichon. *Rumph. amb.* 4. *p.* 65. *tab.* 25.

Tſiere-marum. *Rheed. malab.* 6. *p.* 109. *tab.* 61.

β. foliis lineari-lanceolatis undulatis acutis longiſſimis.

Codiaeum taenioſum. *Rumph. amb.* 4. *p.* 68. *tab.* 26.

γ. foliis lanceolatis concoloribus undulatis ſubacutis.

Codiaeum ſylveſtre. *Rumph. amb.* 4. *p.* 68. *tab.* 27.

Habitat in Amboina, in Moluccanis ♄

Arbor ſubſexpedalis, ramis teretibus glabris tuberculatis. *Folia* petiolata alterna, ſuperiora oppoſita, lanceolata, (*α.* obtuſiuſcula, *β.* acuminata) integerrima, utrinque glabra, venoſa, laete viridia, maculis longis aureis irregulariter picta. Foliorum apex in *β.* prolifer, emittit enim petiolum cui foliolum inſidet alterum unguiculare. *Rumph.* In *γ.* folia homochroa ſunt. *Petioli* canaliculati, foliis multo breviores. *Glandulae* nullae. *Racemi* terminales, ſubaxillares, pedunculati, foliorum longitudine et ultra. *Bractea* ad baſin pedunculi ſubrotundo-elliptica. *Flores* maſculi et feminei in diſtinctis racemis, pedunculati alterni, cum ſquama ad baſin pedicelli. *Ca-*

lyx denticulatus ciliatus, germine conico, dimidio brevior. *Capſulae* ſtylis 3 integris coronatae. *Styli* bifidi. *Lamark l. c.* *Stamina* 30 libera *Loureirio.*

2. *Croton Inophyllum.*

C. foliis obovatis integerrimis, caule arboreo *Forſt. prod. p.* 61. *Willd. Spec. Plant. tom. IV. p.* 536.

Habitat in Nova Caledonia ♄ *ex herbar. Sprengelii.*

Rami glabri, cortex cinereus. *Folia* petiolata oppoſita, utrinque ſubacuta, glaberrima, eglanduloſa, integerrima, reticulato-venoſa, ſexpollicaria. *Petioli* ſemipollicares. *Ramus* terminalis. *Germen* glabrum. *Stylus* 4-partitus. *Stigmata* obtuſa, bifida.

*3. *Croton ſalicifolius.*

C. foliis lineari-lanceolatis acutis integerrimis, ſupra glabris ſubtus incanis ſquamoſis eglanduloſis, floribus dioicis.

Habitat in Iava. ♄ *ex herb. Richardi.*

Rami teretes, incani. *Folia* breviter petiolata, ſaepe lanceolata, ſub 5 pollicaria, utrinque acuta, ſupra obſolete nervoſa glabra, ſubtus incanis ſquamulis minutis denſe obſita, iuniora ſupra pubeſcentia ſubtus tomentoſa. *Glandulae* nullae. *Petioli* incani, ſemiunguiculares. *Spicae* axillares, ſolitariae pedunculatae bipollicares. *Bracteae* ſubulatae. *Flores* copioſi, conferti. *Calycis* foliola ovato-obtuſa, glabra.

*4. *Croton linearis.*

C. foliis ſubſeſſilibus linearibus integerrimis obtuſis, ſupra canaliculatis glabris ſubtus tomentoſis, baſi biglanduloſis, floribus dioicis.

C. lineare. Foliis linearibus. *Jacq. Americ.* 257. *t.* 162. *f.* 4.

C. lineare. Foliis breviſſime petiolatis linearibus, baſi biglandulofis, ſuperne canaliculatis et virentibus, ſubtus tomentoſo-albidis. *Lamark Encycl. p.* 204.

C. lineare. Foliis linearibus integerrimis obtuſis ſubtus tomentoſis, caule fruticoſo. *Ait Kew.* 3. *p.* 374.

C. Caſcarilla. Foliis lanceolatis integerrimis obtuſis emarginatis mucronatis petiolatis ſubtus tomentoſis, floribus dioicis. *Willd. Spec. Plant. tom. IV. p.* 531.

C. Caſcarilla. Foliis lanceolatis acutis integerrimis petiolatis ſubtus tomentoſis. *Mill. dict. n.* 8.

C. erectum glabrum, foliis longis anguſtis ſubtus incanis margine reflexis. *Brown. lam.* 347.

Ricino affinis odorifera fruticoſa maior, rosmarinifolia, fructu tricocco albido. *Sloan hiſt. iam.* 1. *p.* 133. *tab.* 86. *fig.* 1. *Ray. hiſt.* 3. *p.* 114.

Habitat in Iamaica, Antillis. ♄

Truncus ramoſiſſimus ſubdichotomus, rami teretes, glabri, cortice cinereo, ſuperne floreſcentes ſubtomentoſi. *Folia* linearia, breviſſime petiolata, alterna, integerrima, baſi attenuata, apice obtuſa, apiculata, ſupra viridia, glabra, nitida, canaliculata, ſubtus pilis ſtellatis minutiſſimis tomentoſa flaveſcentia, (candida *Sloane*) 1 — 2 pollicaria. *Glandula* cylindrica truncata ſupra ad baſin foliorum utrinque petiolaris. *Spicae* terminales, maſculis floribus 2 — 3 pollicares, feminei breviores. *Flores maſculi: calyx* 5-fidus, *petala* 5. *Flores feminei: Calyx* 5-partitus laciniis linearibus acutis. *Capſulae* ſeſſiles obovatae, tomentoſae, flaveſcentes, *ſtylis* 3 bifidis coronatae.

5. *Croton Cascarilla.*

C. foliis lineari-lanceolatis integerrimis obtusis petiolatis, superne canaliculatis et lineatis subtus tomentosis, basi 3-glandulosis, floribus monoicis.

Croton Cascarilla foliis lanceolatis acutis integerrimis petiolatis subtus tomentosis, caule arboreo. *L. Spec. Plant. p.* 1424. *Mat. med.* 573.

Ricinoides elaeagnifolio. *Catesb. car. tab.* 46.

Habitat in America. ♄

Rami teretes, superne flavescenti-tomentosi. *Folia* alterna, petiolata, lanceolata vel linearia, integerrima, basi attenuata, apice obtusa subemarginata, apiculata, supra viridia glabra punctata, canaliculata, lineata, subtus tomentoso-lanata, sub 2-pollicaria. *Glandulae* 3 graciles cylindricae apice truncatae supra ad basin foliorum petiolares. *Spicae* terminales, floribus masculis in apice, feminei inferiores. *Capsulae* subpedunculatae stellato-pilosae.

*6. *Croton Cascarilloides.*

C. *Cascarilla* foliis lanceolatis integerrimis petiolatis superne planis et squamis peltatis adspersis, subtus nitidis et albicantibus. *Lam. Encycl. p.* 203.

Ricinoides elaeagni-folio. *Plum. Spec. p.* 20. *Tournef. inst. p.* 656.

C. foliis lanceolatis, undulatis, integerrimis, spicis terminalibus, caule fruticoso. *Burm. pl. Americ. p.* 236. *tab.* 240. *f.* 1.

Habitat in America meridionali, in Domingo. ♄

Fruticosa, 3 – 6-pedalis. *Rami* teretes, cortice griseo *Folia* alterna, petiolata, lanceolata, integerrima, undulata, supra plana, squamoso-punctata, squamis al-

bidis medio apiculatis, ſubtus nitida ſubargentea. *Spicae* terminales, flores parvi maſculi ſuperiores, calycibus pentaphyllis, petalis 5 albidis, feminei inferiores, calycibus parvis 5-partitis, apetali. *Lamark l. c.*

N. *Cortex* fragrans, dum comburitur, e regione Paraguay apportatus, nomine *Caſcarillae* aut *Quinquinae griſeae* venit.

7. *Croton compreſſus.*

C. foliis lanceolatis integris ſubtus tomentoſis, petiolis ſubdecurrentibus baſi biglanduloſis.

C. compreſſum. Foliis lanceolatis integris ſubtus tomentoſis petiolis ſubdecurrentibus, ramulis compreſſis. *Lamark Encycl.* 2. *p.* 208. *Willd. Spec. Plant. p.* 552.

Habitat in Braſilia. ♄ *Commerſonius* attulit.

Rami angulati, compreſſi, ſuperne pubeſcentes vel farinoſi. *Folia* alterna, petiolata, lanceolata, integerrima, mollia, ſupra fere glabra, punctis vix viſibilibus conſperſa, ſubtus albido-tomentoſa. *Petioli* evidenter decurrentes. *Spicae* in dichotomia ramorum et terminales. *Capſulae* ſubtomentoſae. *Lamark l. c.* *Glandula* utrinque parva fuſca ad baſin foliorum. *Capſulae* tomentoſo-villoſae, ſtylis tribus bifidis coronatae. *Laciniae calycis* ovatae.

Croton compreſſus, ex herb. *Juſſieui* folia habet ovato-lanceolata utrinque tomentoſa ſubtus incana, glandulas nullas. *Vahl.*

*8. *Croton elaeagnifolius.*

C. foliis lanceolato-oblongis obtuſiſſimis integerrimis incano-tomentoſis eglanduloſis.

Habitat ♄ *ex herbario Desfont.*

Totum villoſum incanum. *Rami* teretes. *Folia* ſubſeſſilia, lanceolato-oblonga obtuſiſſima integerrima, baſin verſus attenuata, ſesquipollicaria, patentia, ſubtus vix nitida, mucrone brevi terminata. *Glandulae* nullae. *Racemi* terminales, bipollicares. *Bracteae* lineares. Calycis laciniae erectae. *Vahl.*

*9. *Croton Vaillanti.*

C. foliis ſubovato-lanceolatis integris ſupra glabris lineatis, ſubtus tomentoſis eglanduloſis.

Ricinoides elaeagni folio obtuſo. *Herb. Vaillant. Vahl.*

Habitat ♄

Rami incani ſparſi teretes, folia bi- ſ. tripollicaria ſupra glaberrima lineata, ſubtus tomentoſa, baſi ovata, interdum ovato-lanceolata. *Glandulae* nullae. *Spicae* terminales ſubſeſſiles, craſſae pollicares. *Capſulae* incanae.

10. *Croton dioicus.*

C. foliis lanceolatis baſi anguſtatis obtuſis integerrimis tomentoſis ſubſeſſilibus, floribus dioicis. *Willd. Spec. Plant. p.* 534.

C. foliis oblongis obtuſis incanis, floribus terminalibus in mare ſpicatis, in femina ternis. *Cav. ic.* 1. *p.* 4. *t.* 6.

Habitat in Mexico. ♄

Caulis ſuffruticoſus, teres, tomento molli veſtitus uti tota planta, ramis divaricatis. *Folia* ſparſa, ſubſeſſilia, oblonga, apice obtuſa, ſubtus argentea, integerrima, nonnihil canaliculata, patula. *Flores maſculi* ſpicati in

apice ramorum. *Calyx* 5-dentatus campanulatus. *Corolla* nulla. *Stamina* 12 — 13 libera. *Glandulae* 5 ad basin staminum. *Bracteae* subulatae. *Flores feminei* in pedunculis 3-floris ad apicem ramorum. *Calyx* quinquepartitus. *Corolla* nulla. *Glandulae* 5 ad basin germinis. *Germen* subrotundum tomentosum. *Styli* 3 quinquefidi. *Cavan l. c.*

*11. *Croton avenius.*

C. foliis ovatis integerrimis glabris aveniis. *Vahl.*

Balsamum Copaae species glabra. *Herb. Vaillant.*

Habitat in America. ♄ *Herb. Musei.*

Caulis fruticosus, ramosus, erectus. *Rami* tenues, glabri, teretes. *Folia* superiora, petiolata, semipollicaria, acutiuscula, avenia, enervia. *Petiolus* subvillosus, longitudine fere folii. *Spicae* terminales erecti pollicares. *Capsulae* inferne villosae. *Vahl.*

12. *Croton balsamiferus.*

C. foliis ovato-lanceolatis integerrimis scabris, subtus tomentosis basique biglandulosis. *Willd. Spec. Plant. p.* 548.

C. foliis ovato-lanceolatis integerrimis scabris subtus tomentosis. *L. Mant. p.* 125. *Lamark Encycl. p.* 204.

C. foliis lanceolatis acuminatis integris utrinque tomentosis, ramis tomentosis. *Jacq. amer. p.* 255. *tab.* 162. *f.* 2. *Hort. Vind.* 3. *t.* 46.

Habitat in Martinica, Curaçao, Iamaica. ♄

Frutex ramosus, diffusus, erectus, tres quatuorve pedes altus, odoratissimus, ubique tomento denso ex cinereo flavescenti obsitus, totus scatet succo balsamico, spissiusculo, subfusco et ex rupta qualibet parte guttatim ex-

ſtillante. *Folia* habet lanceolato-acuminata, integerrima, ſparſim alternantia, petiolata, duas tresve uncias longa, facie virentia, ſubtus ex luteo ferruginea utrinque tomentoſa et ſcabra. *Spicae* graciles et erectae ramulos iuniores terminant primo, dein productis utrinque ramulis, fere eorundem dichotomias occupant. *Flores* parvi candidi mares atque feminei in iisdem ſpicis. *Capſulae* parvae et tomentoſae. *Jacq. l. c.* *Glandula* utrinque ſubtus ad inſertionem petioli, ſeſſilis urceolata. *Vahl.*

N. Martinicenſes *Petit baume* hunc fruticem vocant; ex eius ramulis et foliis deſtillatis potionem *Eau de Mantes* parant.

13. *Croton Aſtroites.*

C. foliis cordato-ovatis lanceolatis ſubdenticulatis utrinque tomentoſis ſubtus incanis eglandulosis.

C. foliis ovalibus ſubcordatis integerrimis utrinque ſtellato-tomentoſis, ramulis denſius tomentoſis. *Act. Kew.* 3. p. 375.

Habitat in India occidentali, Inſula St. Thomae, St. Crucis: legit *Weſt.* ♄

Rami ſuperne dichotomi, tomento ferrugineo cineraſcenti obducti. *Folia* petiolata alterna 3 ſ. 5 pollicaria, ovata, attenuata, baſi cordata, venoſa, pilis ſtellatis utrinque tomentoſa tactu mollia, ſupra facie vireſcenti, obſolete ſerrulata margine ſaepe ferrugineo. *Petioli* teretes ſubcanaliculati pollicares. *Glandulae* nullae. *Racemi* in apice ramorum bipollicares erecti, flores feminei inferiores. *Bracteae* ſetaceae tomentoſae incanae, piliſque intermixtis ferrugineis obſita. *Flores maſculi: calyx* 5-fidus, petala non vidi, *ſtamina* multa baſi connata. *Flores fe-*

minei: calyx 5-partitus, laciniis ovatis acutis longitudine capſulae ovatae, tomentoſae, piſi maioris magnitudine. *Germina* ſtylis 3 lanatis ſub-octo-partitis coronata. *Semina* glabra cinerea ad lentem rugoſa.

14. *Croton padifolius.*

C. foliis cordatis lanceolatis ſubrepandis ſubtus tomentoſis incanis, baſi ſubtus glandulis duabus ſetaceis, ſupra pluribus minoribus.

C. *Aſtroites* foliis oblongo-lanceolatis ſubcordatis ſcabris ſubtus tomentoſis baſique biglanduloſis, ramulis denſius tomentoſis. *Willd. Spec. Plant. p.* 554.

Croton fruticoſum et villoſum, foliis cordatis acuminatis, ſpicis terminalibus. *Brown. iam.* p. 347. ♃ ?

Habitat in Inſula St. Thomae. ♄

Rami teretes ſuperne angulati, incani, tomentoſi, ſcabriusculi. *Folia* alterna, petiolata, cordato-ovata, elongata, acuta, margine integerrimo vel ſubrepando incano, ſupra viridia, pilis ſtellatis ſubſcabra, ſubtus incano-tomentoſa, 3—4 pollicaria. *Petioli* pollicares. *Glandulae* petiolares, tomentoſae, apice fuſcae excavatae, ſupra 4 vel plures parvae, ſubtus 2 ſetaceae maiores. *Racemi* in ramorum divaricatione 4 pollicares. *Flores maſculi* uti in praecedenti. *Flores feminei: calyx* 5-partitus, laciniae lanceolatae capſulis magnitudine Piſi, multo breviores. *Styli* 3 bifidi.

15. *Croton Richardi.*

C. foliis lanceolatis mucronatis integerrimis ſcabris, ſubtus tomentoſis baſique biglanduloſis. *Willd. Spec. Plant. p.* 553.

Habitat in Martinica. ♄

Folia ſesqui- vel bipollicaria oblongo-lanceolata obtuſa, mucronata, integerrima, ſupra punctis pilisque ſtellatis obſita ſcabra, ſubtus tomentoſa alba, baſi parum anguſtata et obſolete cordata. *Ramuli et petioli* tomento flaveſcenti induti. *Racemus* terminalis et in dichotomia ramorum bipollicaris pedunculatus. Valde affinis *C. flaventi Willd. l. c.*

*16. Croton *pubeſcens.*

C. foliis ellipticis integris utrinque pubeſcentibus baſi utrinque glandula marginali.

Habitat ♄ ex herb. *Juſſieui.*

Rami ſuperne compreſſi tomentoſo-villoſi. *Folia* petiolata, alterna, ſimpliciter venoſa, utrinque viridia, pilis ſtellatis pubeſcentia, iuniora ſericea, 4 – 5 pollicaria. *Glandula* parva utrinque ad baſin in margine folii. *Racemi* terminales pollicares, flores feminei inferiores tomentoſi, villoſi, incani, breviſſime pedicellati. *Bracteae* parvae ſubulatae.

*17. Croton *flocculoſus.*

C. foliis lanceolatis integris ſupra ſubhiſpidis ſubtus tomentoſis, baſi glandula utrinque ſcutelliformi ſeſſili.

Habitat in St. Domingo. ♄ *ex herb. Richardi.*

Rami teretes ſuperne ſquamoſi, tomentoſi, flavo-vireſcentes. *Folia* petiolata, alterna, ovato-lanceolata, elongata, obtuſiuscula, integerrima, ſupra ſubhiſpida, ſubtus tomentoſa glauca 2 – 3-pollicaria, iunioria utrinque tomentoſa. Tomentum totius plantae pilis breviſſimis ſtellatis formatur, ſubinde defluentibus. *Petioli* teretes ſubpollicares. *Glandulae* duae ad baſin foliorum ſubtus petiolares ſcuteiliformes ſeſſiles fuſcae margine lu-

tescentes, aliae quoque glandulae elevatae in axillis observantur foliorum. *Spicae* in divaricatione ramorum, floribus masculis femineis mixtis. *Flores masculi: calyx* 5-fidus, *petala* 5, *stamina* multa. *Flores feminei* parvi. *Capsulae* subrotundae magnitudine seminis piperis nigri, stylis 3 bifidis coronatae.

18. Croton leprosus.

C. foliis lanceolatis cordatis integerrimis subtus tomentosis, ramulis densius tomentosis, spicis axillaribus. *Willd. Spec. Plant.* p. 553.

Habitat in St. Domingo. ♄

Folia 3 pollicaria lanceolata integerrima cordata, supra pilis copiosis stellatis obsita, viridia, subtus dense tomentosa albida. *Ramuli* valde tomentosi flave centes, pilis stellatis crassis squamaeformibus. *Spicae* axillares longe pedunculatae. *Glandulae* nullae ad basin foliorum. *Willd. l. c.*

19. Croton humilis.

C. foliis cordato-ovatis acutis margine ciliatis, supra scabris subtus tomentosis, basi biglandulosis.

C. foliis ovatis acutis subcordatis integerrimis, supra scabris subtus tomentosis. *Willd. Spec. Plant.* p. 550.

C. foliis cordatis integerrimis subciliatis scabris, subtus tomentosis, caule fruticoso. *L. Spec. Plant.* p. 1427. *Amoen. Acad.* 5. p. 410. *Swartz. Observ.* p. 363.

C. *fruticosum* minus, foliis villosis cordatis acuminatis, ramulis gracilibus glabris. *Brown. jam.* p. 347. ?

Habitat in Iamaica. ♄

Truncus laevis ramosus, ramuli pilosi. *Folia* petio-

lata, alterna, cordato-ovata, acuminata, mucronata, glandulis petiolatis marginalibus ciliata, ſupra punctis elevatis piliſque ſtellatis ſcabra, ſubtus incano-tomentoſa, piloſa, ſubſesquipollicaria. *Petioli* teretes pollicares hirti. *Glandula* utrinque ad baſin foliorum petiolaris. *Racemi* in apice ramorum, erecti ſub 2 pollicares. *Flores maſculi* ſuperiores calyce 5-phyllo, petalis 5, ſtaminibus multis, filamentis liberis, baſi cum calyce cohaerentibus. *Flores feminei* inferiores, calyce 5-partito, laciniae lanceolatae tomentoſae fere longitudine capſulae hirtae. *Styli* 3 quadrifidi.

*20. Croton *ſidaefolius.*

C. foliis cordato-ovalibus integerrimis ſcabris, ſubtus incano-tomentoſis, racemibus terminalibus. *Lamark. Encycl.* 2. *p.* 204.

Habitat in St. Domingo. ♄

Frutex foliis Sidae cordifoliae ſimilibus, tamen minoribus et integris. *Rami* teretes glabri, apicem verſus folioſi, incano-fuſceſcentes. *Folia* alterna petiolata, cordata, ovalia, acuta, integra, ſubſcabra, ſubtus tomentoſa albida, nervis elevatis, ſubſesquipollicaria, 9—10 lineas latae. *Racemi* terminales, breves. *Flores maſculi: calyx* 5 partitus tomentoſus, *petala* 5 longitudine calycis, extus glabra, colorata, margine et intus piloſa, *ſtamina* ſub 6. *Flores feminei: calyx* 5-partitus, *laciniis* acutis tomentoſis. *Capſula* trigona, ſubtomentoſa, *ſtylis* 3 bi- vel trifidis coronata. *Lamark l. c.* *Folia* minime ciliata. *Glandulae* nullae. *Spicae* terminales et axillares. *Vahl.*

β. Ricinus dulcis arboreſcens, americanus, populnea fronde argentea, vel foliis populi nigrae lar-

genteis. *Pluk. alm.* 321. *tab.* 220. *f.* 5. *Breyn prodr.* 2. *p.* 93.

Croton micans foliis cordato-ovatis attenuatis ſubdenticulatis, ſupra verrucoſo-ſquamuloſis viridibus, ſubtus argenteo-nitentibus, racemis terminalibus erectis. *Swartz fl. ind. occident.* 2. *p.* 1185. *Willd. Spec. Plant. p.* 548.

Habitat in America, *herb. Muſei;* in Iamaica, *Swartz.* ♄

Rami uti *folia* ſubtus argenteo-nitida. *Folia* cordata, attenuata, integerrima, iuniora utrinque nitida, adultiora ſupra punctis nitidis argenteis, bipollicaria. *Vahl.*

Conſenſus maximus deſcriptionum *Lamarckii et Swartzii* ſuadet coniunctionem.

*21. *Croton origanifolius.*

C. foliis ovatis obtuſis ſubintegris ſupra ſcabris, ſubtus tomentoſo incanis, baſi obſolete biglanduloſis.

C. foliis ovatis acutis ſubintegris ſcabris, baſi biſetoſis, ſubtus tomentoſo-incanis. *Lamarck Encycl.* 2. p. 205. Copahu de St. Domingue *Briſſeau-Mirbel hiſt. des plant.* 10. *p* 10.

Habitat in St. Domingo. ♄

Rami ſuperne teretes ferrugineo-tomentoſi. *Folia* petiolata, alterna, ovata, obtuſa, iuniora ſubacuta et mucronata, baſi ſubcordata, obſolete denticulata, ſupra punctis elevatis ſcabra, ſubtus tomentoſa, albida, quinquenervia, pollicaria. *Petioli* teretes foliis 4-duplo breviores. *Glandulae* duae ad baſin foliorum ſetaceae parvae. *Racemus* terminalis, cum mixtis floribus maſculis et femineis. *Calycis* laciniae 5 ovatae longitudine fere capſulae ovatae, ſtylis tribus bifidis coronata. Infloreſcentia, calyces, capſulae et ſtyli tomentoſae.

22. *Croton mucronatus.*

C. foliis ſubrotundo-ellipticis obtuſis mucronatis cordatis integerrimis utrinque tomentoſis. *Willd. Spec. Plant. p.* 542.

Habitat in America calidiore. ♄

Rami et *petioli* ferrugineo-tomentoſi. *Folia* fere pollicaria longe petiolata ſubrotundo-elliptica baſi cordata apice rotundata obtuſe mucronata integerrima craſſa utrinque denſe tomentoſa, facie Meſpili Cotoneaſtri. *Spica* axillaris et terminalis pollicaris vel ſesquipollicaris. *Willd. l. c.*

An a praecedenti diverſa?

23. *Croton discolor.*

C. foliis ellipticis integris obtuſis ſupra glabris lineatis ſubtus tomentoſis incanis baſi glanduloſis, floribus dioicis.

C. foliis ellipticis integerrimis obtuſis mucronatis petiolatis, ſubtus denſe tomentoſis, floribus dioicis. *W. Spec. Plant. p.* 532.

C. *dioicum. Herb. Iſerti.*

Habitat in Inſula St. Crucis. ♄ Legit *Iſert.*

Rami dichotomi, teretes, tomentoſi flaveſcentes aſperi. *Folia* petiolata alterna, in dichotomia ramorum terna, ovata vel obovata, obtuſa, iuniora acutiuscula, baſi rotundata vel attenuata, obſcure ſerrulata, ſupra glaberrima avenia lineata, oculo armato punctata, punctis elevatis concoloribus, ſubtus tomentoſa glauca, iuniora luteſcentia, venoſa, ſubſesquipollicaria. *Petioli* teretes foliis triplo breviores. *Glandulae* plures parvae petiolares ad baſin foliorum. *Racemi* in apice ramorum cum ra-

mulo ulterius excrefcente tomentofi, bipollicares. *Flores* breviffime pedicellati.

24. *Croton flavens.*

C. foliis oblongis fubcordatis integerrimis fupra canis fubtus tomentofis, glandulisque binis pedicellatis ad bafin, ramulis denfius tomentofis. *W. Spec. Plant. p.* 553.

C. foliis cordatis oblongis integerrimis utrinque tomentofis, ramulis denfius tomentofis. *L. Amoen. acad.* 5. *p.* 410. *Lamarck Encycl. p.* 211.

C. fruticulofum et villofum, foliis cordatis acuminatis, ramulis craffius tomentofis. *Brown. jam.* 347.

Habitat in Iamaica, in Infula St. Thomae et Crucis legit *Ifert.* ♄

Rami craffi fuperne angulati denfiffime tomentofi. *Folia* cordata, oblonga, acuminata mucronata, utrinque tomentofa. *Petioli* foliis breviores. *Glandula* pedicellata tomentofa apice fufca utrinque ad infertionem petioli fubtus. *Spicae* in divaricationibus caulis. *Flores mafculi* fuperiores paullo ante anthefin feffiles, dein longe pedunculati nutantes. *Flores feminei* fubfeffiles, calyx 5-partitus, laciniae acutae, capfula fubrotunda pifi magnitudine tomentofa multo breviores. *Styli* 3, bifidi. *Variat* foliis ellipticis obtufis. *Racemi* in aliis fpeciminibus obfervantur dioici.

*25. *Croton craffifolius.*

C. foliis cordato-ovatis integerrimis utrinque tomentofis villofis, bafi biglandulofis.

Habitat in Infula Hainam Chinae. ♄ *Dahl.*

Rami teretes villofi. *Folia* petiolata cordata, ovata

acuta, integra, utrinque tomento villoſo denſe tecta; inde margine apparent ciliata. *Petioli* teretes foliis 6 tuplo breviores. *Glandula* utrinque pedicellata petiolaris. *Racemi* terminales pollicares. *Flores* feminei inferiores. Valde affinis Crotoni flaventi, differt vero ramis teretibus, foliis mucrone carentibus minusque elongatis, ac villo omnium partium.

*26. *Croton mauritianus.*

C. foliis cordato-oblongis acutis utrinque pubeſcentibus crenatis, glandulis marginalibus petiolatis et binis baſi ſuperne ſeſſilibus.

C. foliis cordato-oblongis acutis ſerrulatis molliter ſcabris, pedunculis petiolisque lanuginoſis, racemis terminalibus. *Lamarck Encycl.* 2. *p.* 806.

Halecus littorea. *Rumph. Amb.* 3. *p.* 197. *tab.* 126. ?

Habitat in Inſula Franciae. ♄ *Commerſon* legit.

Rami teretes ſuperne piloſi tomentoſi cum petiolis et pedunculis. *Folia* petiolata, alterna, cordata, elongata, acuta, utrinque pilis ſtellatis pubeſcentia, viridia ſubtus pallidiora, crenato-dentata 5—6 pollicaria, iuniora omnino tomentoſa. *Petioli* teretes ſesquipollicares. *Glandula* utrinque ſupra ad inſertionem petioli ſeſſilis, in margine ſub ſingula crena vero pedicellata parva. *Racemus* terminalis ſimplex, angulatus, incanus. *Flores feminei* inferiores; calyx ſub 6-partitus, petala 5, ſtyli 3 ſexfidi. *Laciniae* calycis ovatae capſulis duplo breviores. *Capſulae* longe pedunculatae incano-tomentoſae villoſae. *Semina* fuſca, nitida.

*27. *Croton tiliaefolius.*

C. foliis cordatis ſubrotundis acutis integerrimis ſcabris eglanduloſis.

C. foliis cordato-ſubrotundis ſcabris ſubſerratis petiolatis, racemis axillaribus. *Lamarck Encycl.* 2. *p.* 206.

Habitat in Zeylonia, Inſula Franciae et Bourbon. ♄

Rami ferrugineo-tomentoſi. *Folia* petiolata, alterna, cordata, ſubrotunda, acuta, integerrima; iuniora obſolete ſerrulata, venoſa, ſub 5-nervia, ſcabra, in venis tomentoſa, ſubtus glauca 3-pollicaria et 2 pollices fere lata. *Petioli* ſemipollicares tomentoſi ferruginei. *Glandulae* nullae. *Racemi* axillares et terminales ſimplices erecti tomentoſi ferruginei, uti bracteae lineares pedicellis longiores. *Calycis* foliola lanceolata.

N. *Crotoni* aromatico ſimillimus differt foliis apice rotundis nec acuminatis et vix acutis, ſubintegerrimis, glandulis o.

28. *Croton aromaticus.*

C. foliis cordato-ovatis ſcabris ſerratis baſi ſubtus margineque glandulis petiolatis, racemis terminalibus. *Vahl ſymb.* 2. *p.* 98.

C. foliis oblongis ſubcordatis ſerrulatis ſcabris, ſubtus pubeſcentibus baſi biglanduloſis, ſerraturis infimis pedicellato-glanduloſis, racemo terminali. *Willd. Spec. Plant. p.* 549.

C. foliis cordatis ſcabris, ſubſerratis petiolatis, caule arboreo. *L. Spec. Plant. p.* 1427. *Flor. Zeyl. p.* 345. *Loureir. flor. Cochin. p.* 115. *Gärtn. de fruct. et ſeminib. Cent.* 7. *tab.* 107. *f.* 6.

Ricinoides arbor aromatica, circaeae foliis, media, Walkappethya Zeylonenſibus dicta. *Burm. theſ. zeyl. p.* 202.

β. foliis ovatis ſubtomentoſis ſerrulatis (denticulatis).

C. *lacciferum* foliis ovatis tomentoſis ſerrulatis petiolatis,

calycibus tomentosis. *L. Mat. med.* 207. *Spec. Plant. p.* 1426. *Flor. Zeyl. p.* 344. *Lamarck Encycl. p.* 206. *Gärtn. de fructibus et seminibus. Cent.* 7. *tab.* 107. *fig.* 6.

Aleurites laccifera, foliis ovatis serrulatis tomentosis, racemo terminali. *Willd. Spec. Plant. p.* 590.

Ricinoides aromatica arbor, circaeae foliis hirsutis, floribus spicatis maior. *Burm. thes. Zeyl.* 201. *tab* 91.

Halecus terrestris. *Rumph. amb.* 3. *p.* 197. *tab.* 127.

γ. foliis minoribus magis tomentosis, subdentatis.

Ricinus indicus frutescens, Laccam fundens. *Ray. tom.* 3. *p.* 113.

δ. foliis subcordatis, racemis axillaribus.

Halecus terrestris albus. *Rumph. amb.* 3. p. 199. *tab.* 127. A.

Habitat in India orientali, China et Zeylona et Iava. ♄ *König* et *Burmann.*

Rami ramulosi, teretes, e punctis minutis interspersis aliis maioribus scabri, supreme tomentosi, pili stellati. *Folia* petiolata pollicaria interdum sexpollicaria patentia, subquinquenervia, inaequaliter serrata; iuniora e pilis stellatis subtomentosa, praesertim subtus, acuminata, seniora subnuda, in venis tantum subhirta, subtus punctata, scabra, pallidiora, obtusa. *Glandula* petiolata flava, cava utrinque ad insertionem petioli subtus et passim ad marginem. *Petioli* tomentosi folio triplo breviores. *Stipulae* deciduae setaceae. *Racemi* terminales bipollicares *Bractea* setacea ad basin pedicellorum. *Flores* numerosi sparsi villosi. *Calycis masculi* foliola ovata. *Petala* villosa. *Stamina* numerosa. *Vahl l. c.* *Flores feminei:* calyx 5-phyllus brevis sub capsula reflexus. *Cap-*

ſula ovata aut globoſa, glabra, ſtriis 6 notata et ſtylis 3 bifidis coronata.

β. folia ovata acuta ſupra pubeſcentia ſubtus incano-tomentoſa, iuniora fuſca, denticulata; racemi terminales floribus femineis maſculisque mixtis, ſtyli 3 bifidi.

γ. *folia* utrinque tomento levi obducta.

δ. *racemi* axillares ſubpaniculati; folia 4 — 5 pollicaria, flaveſcentia, obſolete ſerrata.

*29. *Croton montanus.*

C. foliis cordato-ovatis ſerratis, ſerraturis glanduloſis et glandula utrinque ad baſin cava.

Habitat in locis montoſis Guadeloupe. ♄ *ex herb. Iſerti.*

Rami teretes, cortice cinereo, ſuperne pulverulento-tomentoſi incani. *Folia* petiolata, alterna, cordato-ovata, acuta, inaequaliter ſerrata, ſerraturis glanduloſis, 5 nervia, utrinque viridia, punctis copioſiſſimis albidis et pilis breviſſimis ſtellatis obſita, iuniora tomentoſa, 4 — 6 pollicaria. *Petioli* angulati ſub 2 pollicares. *Glandulae* duae ſeſſiles excavatae ad baſin foliorum ſupra. *Racemi* in apice ramorum erecti foliis longiores. *Flores* et *capſulae* glaucae.

*30. *Croton oppoſitifolius.*

C. foliis cordatis ovatis acutis ſerratis ſubtus villoſis eglanduloſis.

Habitat in Guinea. ♄ *ex herb. Iſerti.*

Rami teretes, dichotomi, glabri, cortice purpuraſcento ſuperne ſubvilloſi. *Folia* petiolata, ſuperiora oppoſita cordata, ovata, acuta, dentato-ſerrata, ſupra pilis

raris ſimplicibus adſperſa, ſubtus villoſa, trinervia, ſub 3 pollicaria, iuniora tomentoſa glauca molliſſima. *Petioli* teretes villoſi pollicares. *Glandulae* nullae. *Racemi* in apice ramorum et axillares. *Flores* parvi hirti.

*31. *Croton polygamus.*

C. foliis ſubſeſſilibus oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis duplicato-ſerratis, ramis villoſis.

C. *polygamum. hort. Kew.*

Habitat ♄ *herb. Sprengel.*

Rami ſuperne angulati incani villoſi. *Folia* ſubſeſſilia alterna oblongo-lanceolata, inaequaliter et duplicato acute ſerrata, acuminata, baſi attenuata integra in petiolum breviſſimum decurrentia, 3 pollicaria, adultiora ſubtus, iuniora utrinque piloſa, pilis ſimplicibus. *Glandulae* nullae.

*32. *Croton Iſerti.*

C. foliis cordatis acuminatis dentatis ſcabris eglanduloſis.

Habitat in Martinica. ♄ *ex herb. Iſerti.*

Rami teretes piloſo-hiſpidi ſuperne villoſi. *Folia* alterna, in ramorum bifurcatione ternata, cordata, acuminata, inaequaliter crenato-dentata, denticulis glanduloſis, pilis ſtellatis copioſis utrinque ſubhiſpida, iuniora villoſa, nervoſo-venoſa, 2—3 pollicaria. *Petioli* ſub 2 pollicares piloſo-hiſpidi. *Glandulae* nullae. *Racemi* in apice ramorum ſubſesquipollicares. *Flores feminei:* calycis laciniae lanceolatae acutae *capſula* hirta dimidio breviores.

*33. *Croton chinenſis.*

C. foliis ovatis acutis ſubdentatis ſupra glabris ſubtus tomentoſis, baſi utrinque glandula depreſſa.

Habitat in China. ♄

Rami compressi dichotomi pulverulenti incani. *Folia* alterna, petiolata, ovata, acuta, basi fere truncata, remote dentata, 3 pollicaria, supra glabra, subtus tomentosa, incana, nervosa. *Petioli* teretes saepe foliorum longitudine. *Glandulae* duae supra ad basin foliorum maculis fuscis similes. *Racemi* in apice ramorum pedunculati 3 — 4 pollicares. *Flores feminei*: *calycis* laciniae ovatae capsula multo breviores. *Bracteae* squamaeformes. *Capsula* tomentosa, tuberculis plumosis, alba, stylis 3 simplibus. *Semina* nigra, laevia, involucro membranaceo interiori inclusa.

*34. *Croton corchorifolius.*

C. foliis alternis oblongis acutis serratis pilosis, basi glandula utrinque petiolata excavata.

Habitat in Caribaeis. ♄ *Forsyth.*

Rami teretes glabri, cortice purpurascente, superne stellato - pilosi incani. *Folia* oblonga, acuta, petiolata, alterna, serrata, sub - sesquipollicaria, supra avenia subtus venis simplicibus utrinque viridia, punctis prominentibus pilisque stellatis. *Petioli* unguiculares pilosi. *Glandulae* duae petiolatae in ipso margine foliorum subtus, obconicae excavatae. *Stipulae* setaceae. *Spicae* terminales pilosae: *Flores feminei* sparsi subsessiles, calycis laciniae lanceolatae. *Bracteae* lineares obtusae ad basin pedicelli. *Styli* 3 bifidi.

*35. *Croton affinis.*

C. foliis alternis oppositisque oblongis acutis serratis pilosis, glandula utrinque petiolari pedicellata peltata.

Habitat in Puerto Ricco. ♄ *West.*

Cortex piloſo - hiſpidus, ramoſus, *rami* in ſpecimine ſubquaterni. *Folia* oblonga, acuta, ſerrata, petiolata, alterna, in ramis oppoſita, ſupra ſubavenia ſubtus ſimpliciter venoſa utrinque viridia, punctis prominentibus pilisque ſtellatis, ſubbipollicaria. *Petioli* pollicares. *Glandulae* duae ad baſin foliorum peltatae, petiolares. *Spicae* in apice et dichotomia ramorum. *Flores maſculi* ſuperiores. *Bracteae* lineares acutae. *Laciniae* calycis ovato - lanceolatae acutae. *Capſulae* piſi magnitudine piloſae. Simillimum praecedenti, foliis oppoſitis, ſitu et figura glandularum facile diſtinguitur.

*36. Croton *luridus.*

C. foliis lanceolatis ovatis acutis integerrimis utrinque pubeſcentibus eglanduloſis.

Habitat ♄ Commerſon.

Rami ſuperne pubeſcentes. *Folia* petiolata alterna lanceolato - ovata acuta, integerrima, utrinque pubeſcentia, venoſa, 4 pollicaria, iuniora villoſa et tomentoſa. *Color* triſtis foliorum nomen dedit. *Petioli* foliis octuplo breviores villoſi. *Glandulae* nullae. *Racemi* in apice ramorum. *Calycis* laciniae ovatae, acutae, longitudine capſulae, villoſae.

*37. Croton *tabacifolius.*

C. foliis ellipticis obtuſis ſubtus ſubtomentoſis ſerratis eglanduloſis.

Habitat in India orientali. ♄

Rami ſuperne tomentoſi villoſi incani. *Folia* petiolata, oblonga, utrinque obtuſa, ſerrata, venoſo - nervoſa, dodrantalia et ultra, 4 pollices circiter lata, ſupra glabra, oculo armato pilis raris ſimplicibus adſperſa, ſub-

tus pubefcentia, iuniora molliffima, villofa et tomentofa. *Petiol.* breves villofi incani *Glandulae* nullae. *Spicae* axillares fimplices foliis longiores, flores remoti congefti, pedicellati dioici.

*38. *Croton ellipticus.*

C. foliis ellipticis acutis glabris fubferratis bafi fupra biglandulofis.

Habitat in Iava. ♄ *Burmann.*

Rami teretes pallidi, fuperne oculo armato pilis minutiffimis confperfi *Folia* petiolata, alterna, oblonga, ferrata, utrinque acuta, venofa, nervofa, 4 pollicaria, nonnifi oculo armato pilis brevibus tecta. *Glandulae* duae parvae feffiles fupra petiolares. *Racemi* axillares, folitarii fimplices foliorum longitudine, flores conglomerati (feminei mafculis intermixti, *Vahl.*) *Capfula* incana, rudimento feminum purpureo. *Styli* 3. *Stigmata* 3.

39. *Croton populifolius.*

C. foliis ovatis acuminatis ferrato-dentatis fubhirtis, bafi fupra uniglandulofis, caule fruticofo. *Vahl. fymb. bot.* 2. *p.* 97.

C. foliis lato-ovatis acuminatis ferrato-dentatis fubhirtis petiolis longitudine foliorum, racemis terminalibus erectis folitariis. *Swartz. prodr. p.* 101. *Fl. Ind. occid.* 2. *p.* 1197.

C. foliis ovatis acuminatis fubhirtis inaequaliter dentato-ferratis bafi pedicellato-biglandulofis, petiolis foliorum longitudine, racemo terminali. *Willd. Sp. Plant. p.* 543.

C. foliis cordatis acuminatis ferratis fubtus villofo-tomentofis, fpica terminali. *Lamarck Encycl.* 2. *p.* 204.

Habitat in America et India. ♄

Rami glabri cicatricati. *Folia* petiolata, verſus apicem conferta late ovata, inaequaliter dentato-ſerrata, utrinque pilis ſtellatis fulvis ſubhirta, pollicaria et parum ultra. *Glandula* ad inſertionem petioli utrinque. *Petioli* longitudine foliorum. *Racemus* terminalis, erectus ſesquipollicaris. *Pedunculus* hirtus. *Calyces femineorum* foliolis lanceolatis, hirtis, dentato-inciſis, dentibus glanduloſis; *maſculorum* glabris coloratis. *Germen* hirtum. *Vahl. l. c.*

Rami ſuperne pilis longis ſtellatis hiſpidi. *Folia* ſaepe baſi ſubcordata. *Glandula* baſi ſupra ſolitaria ſeſſilis, ſubtus glandula utrinque petiolaris ſeſſilis oblitterata ferruginea.

40. *Croton alnifolius.*

C. foliis obovatis obtuſis ſubintegerrimis utrinque punctatis baſi uniglanduloſis.

C. foliis obovatis petiolatis ſubintegerrimis, pilis ſtellatis punctatim adſperſis, racemis elongatis ſubterminalibus. *Lamarck Encycl.* 2. *p.* 205.

C. foliis obovatis ſubintegerrimis ſupra punctatis ſubtus pubeſcentibus, petiolatis, racemis ſubterminalibus. *Willd. Sp. Pl. p.* 535.

Habitat in Peru. ♄

Rami ſuperne tetragoni, ſcabri, incani. *Folia* petiolata alterna, ſesquipollicaria, oblonga, utrinque obtuſa, integerrima, utrinque villoſo albido punctata, ſupra nervoſa ſubtus venoſa, iuniora incana. *Glandula* ſeſſilis ſubtus ad inſertionem petioli. *Racemi* terminales, ramo ulterius excreſcente demum laterales elongati. *Pedicelli*

ſaepe plures, remoti, uti calyces incani. *Capſulae* ſubgloboſae magnitudine piſi.

41. *Croton corylifolius.*

C. foliis cordatis ovatis acutis inaequaliter ſerratis utrinque punctatis, baſi biglanduloſis.

C. foliis cordato-ſubrotundis acuminatis ſerratis punctatis utrinque ſublaevibus. *Lamarck Encycl.* 2. *p.* 205.

Habitat in Antillis. ♄

Rami teretes, trichotomi, inferne glabri, apice angulati, pulverulento-incani. *Folia* petiolata, alterna, tripollicaria, acuta, minime attenuata, utrinque punctis numeroſis villoſis ſtellatis adſperſa, ſubtus cineraſcentia, inaequaliter ſerrata, ſerraturis glanduloſis. *Glandulae* duae cavae in apice petioli ad inſertionem folii. *Petioli* incani, piloſi. *Pedunculus* e trichotomia, angulatus, ſpithameus. *Ex herbario Suriani. Vahl.*

*42. *Croton congeſtus.*

C. foliis ovatis inciſo-ſerratis glabris venoſis, floribus congeſtis nudis axillaribus. *Loureiro Fl. Cochin.* *p.* 114.

Habitat circa Cantonem Sinarum. ♄

Caulis ſuffruticoſus 5-pedalis, ramis multis reclinatis. *Folia* ovata ſerrata, dentibus magnis inaequalibus, glabra venoſa alterna.

Flos monoicus uterque apetalus, congeſtus axillaris. *Maſculi* ſtamina 18. *Feminei* capſulae 3-coccae, pendalae. *Loureiro l. c.*

43. *Croton niveus.*

C. foliis cordatis ovatis ſubintegerrimis ſcabriuſculis ſubtus argenteis eglanduloſis.

C. foliis cordato-oblongis acutis integris margine undulatis, ſubtus tomentoſo-argenteis. *Lamarck Encycl.* 2. *p.* 205.

C. foliis ovato cordatis ſerrulatis ſubtus tomentoſo-nitidis. *Jacq. Americ. p.* 255. *tab.* 162. *f.* 2.

Habitat in America, Iamaica. ♄

Frutex. Rami teretes, glabri, cinerei ſuperne ſquamis argenteis, alternis. *Folia* petiolata, cordata, ovata, attenuata, bipollicaria integerrima, ſupra e punctulis minutis ſcabra, ſubtus argentea uti in Elaeagno anguſtifolia. *Glandulae* nullae. *Flores* . . . . ? *Vahl. Folia* ſerrulata. *Spicae* denſae pollicares, onuſtae maſculis plurimis ſemineisque, infra mares vel interdum iisdem immiſtis pauciſſimis. *Calyx* tomentoſus, colore ſubferrugineo. *Corolla* candida. *Styli* 3 ramoſi, longitudine germinis idemque reflexi toti arcte amplexantes. *Jacq. l. c.*

*44 *Croton maculatus.*

C. foliis rhombeo-ovatis cordatis acutis ſubdentatis baſi ſupra bimaculata.

Habitat in Iava. *In herb. Juſſieui.*

Rami teretes, uti petioli incani pulverulenti. *Folia* ovato-cordata, ſubrhombea, acuminata, acuta, remote dentata baſin verſus integerrima, ſubtus pulverulento-caneſcentia, venoſa, ſupra baſin utrinque macula fuſca, 5—7 pollicaria. *Racemi* axillares. *Capſulae* tomentoſae. *Vahl.*

45. *Croton rhombifolius.*

C. foliis rhombeo-ovatis acuminatis ſubrepandis glabris pellucido-punctatis, racemis paniculatis pubeſcentibus. *Willd. Spec. Plant. p.* 555.

β. *C. ſubpeltatus.* Foliis cordato-ovatis ſubpeltatis.

Habitat in Zeylona. ♄

Croton ſubpeltatus mihi, ab illo *Willdenowii* non ſatis differre videtur, ut ſpeciem propriam conſtituat. *Rami* teretes glabri cortice purpuraſcente, ſuperne angulati tomentoſo-incani. *Folia* petiolata, alterna, cordato-ovata acuminata, baſi transverſa, ſubrepando-dentata, utrinque glabra, punctata, puncta parum pellucida, 3-nervia, venoſa, 2—3 pollicaria, iuniora tomentoſa molliſſima. *Petioli* pubeſcentes teretes, foliorum fere longitudine, paulum ſupra baſin folii inſerti. *Glandulae* nullae. *Racemi* terminales. *Flores* congeſti.

46. *Croton laurinus.*

C. foliis oblongis acutis integerrimis rigidiusculis glabris, petiolis ſcabris foliisque ſubtus punctatis, racemis axillaribus longiſſimis patulis, caule arboreſcente. *Swartz prodr. p.* 100. *Fl. Ind. occid. p.* 1191. *Willd. Spec. Plant. p.* 544.

Habitat in fruticetis Iamaicae. ♄

Arbuscula. Rami erecti ſtricti teretiusculi, glabri, ramuli verſus apices anguloſi compreſſi, ſulcati, ſcabriusculi. *Folia* petiolata, alterna, 4pollicaria, oblonga, acuta, integra, rigida, (laurina) leviter nervoſa, nervis parallelis utrinque glabra, ſubtus punctata, punctis in pagina ſuperiore eminentibus. *Petioli* ſubpollicares, teretiusculi, verrucoſo-ſcabri. *Racemi* axillares longiſſimi pedales, teretiusculi, ſimplices, patentes, erecti, ſtriati ſubverrucoſi. *Flores maſculi* in racemo ſuperiores minuti, parvi, confertiores, pedicellati. *Calyx* laciniis 5 ovatis. *Petala* 5 minuta, alba. *Flores feminei* inferiores, ſolitarii, maiores, pedicellis longioribus, alternis

ſparſis. *Calyx* foliolis 5 lanceolato - ovatis. *Germen* ſubrotundum. *Styli* 3 dichotomi recurvi. *Stigmata* obtuſa, inflexa. *Capſula* ſubrotunda 3-gona, 3-locularis, 6-carinata, 6-valvis; magnitudine nucis avellanae. *Semina* ſolitaria, oblonga, extus rotundata, lateribus interioribus planiora; fuſco-brunea. *Swartz l. c.*

47. *Croton laevigatus.*

C. foliis ellipticis breviſſimis integris ſerratisque obtuſis petiolis glanduloſis, racemis terminalibus elongatis. *Vahl ſymb. bot. 2. p. 97. Willd. Spec. Plant. p. 544.*

Habitat in Hainam. ♄ *Dahl.*

Rami teretes, proliferi, ſuperne pulverulento-ſquamoſi, cinerei *Folia* petiolata ad apices ramulorum congeſta, bipollicaria et ultra, utrinque glaberrima laevia, ſubtus pallidiora, membranacea integerrima vel remote obſcure ſerrata, ſerraturis obtuſis, baſi integerrima. *Glandula* minuta ſubtus ad latus petioli ad inſertionem impreſſa. *Petiolis* ſemiunguicularis. *Stipulae* ſubulatae deciduae. *Pedunculus* terminalis, erectus, ſtriato-angulatus, tectus ſquamis farinaceis, ſpithameus a caſu florum muricatus. *Calyx* ſubhirſutus. *Stamina* numeroſa. *Vahl l. c.* *Germen* tomentoſum villoſum, ſtylis 3 bifidis coronatum.

48. *Croton divaricatus.*

C. foliis oblongis obtuſis ſerratis hirtis baſi biglanduloſis, racemis terminalibus, ſolitariis caule fruticoſo, racemis dichotomis divaricatis. *Swartz prodr. p. 100. Flor. Ind. occid. 2. p. 1187. Willd. Spec. Plant. p. 541.*

Habitat in India occidentali. ♄

Frutex 2—3-pedalis. *Rami ramuli*que ſubdiviſi, dichotomi, teretes, patentes glabri. *Folia* petiolata, alterna, pollicaria, oblonga, l. ovata, obtuſa, ſerrata glabra, ſubtus hirta, ſubhiſpida. *Glandulae* 2 pedicellatae ad baſin foliorum, truncatae, albidae. *Petioli* breves, teretes, hirti. *Stipulae* oppoſitae, ſetaceae, prope baſin petiolorum. *Racemi* terminales, rarius axillares, ſolitarii, erecti, pollicares. *Flores maſculi* ſuperiores, conferti, minores. *Calyx* 5-partitus laciniis ovatis pubeſcentibus. *Petala* laciniis calycinis longiora, ovato-lanceolata alba. *Filamenta* decem capillaria, baſi contigua, nec coalita, receptaculo albido-villoſo inſidentia. *Flores feminei* inferiores, minusculi. *Calyx* 5-phyllus, foliolis lanceolatis, obtuſis, hirtis. *Germen* oblongum hirſutum, viride. *Styli* 3 breviſſimi capillares, albidi, ad baſin bifidi, laciniis iterum bifidis; ſtigmata obtuſa. *Capſula* ſubrotunda 3-ſulca, glabra. *Swartz l. c.*

49. *Croton coccineus.*

C. foliis ſubovatis ſubintegris glabris baſi ſupra biglandulosis ſubtus coccineo punctatis. *Vahl ſymb. 2. p. 97. Willd. Spec. Plant. p. 544.*

Tſiera Ponnagam. *Rheed. Hort. Malab. V. tab. 22.*

β. foliis ellipticis ſubtus tomentoſis villoſis.

C. punctatum foliis ovatis integerrimis acutis ſubtus tomentoſis punctatis, caule fruticoſo. *Retz. obſ. bot. faſc. V. p 30. Willd. Spec. Plant. p. 546.*

Pee Tſierou Ponnagam. *Rheed. hort. Malab. V. tab. 23.*

γ. foliis ovatis ſubtus pubeſcentibus glaucis.

C. philippenſe foliis ovatis ſubintegris, baſi ſuperne bi-

glandulosis, subtus tomentosis reticulatis, capsulis polline rubro tectis. *Lamarck Encycl.* 2. *p.* 206.

Ponnajam. *Rheed. Hort. Malab.* V. *tab.* 21.

Habitat in Zeylona, in Philippinis. ♄

Rami teretes, cortice fusco, superne pulverulento-villosi. *Folia* petiolata bi- s. 3-pollicaria, apice attenuata, basi subacuta, trinervia, utrinque glabra, subtus venoso-reticulata, punctisque minutissimis numerosis coccineis pellucidis subcolorata. *Glandula* fusca utrinque ad insertionem petioli in ipso folio. *Petiolus* sesquipollicaris, teres. *Racemi* terminales, solitarii vel ex ultimis axillis conferti, bipollicares. *Pedunculus* flavo-ferrugineus angulatus. *Flores* subsessiles. *Styli* reflexi. *Germen* albidum coccineo-punctatum. *Capsulae* oblongae coccineae. *Vahl l. c.*

Folia subtus incana vel flavescentia, integerrima vel dente uno alterove. In speciminibus *Lamarckii* folia basi magis rotundata, iuniora subtus villosa incana, adultiora glabra. *Styli* 3 simplices, stigmata penicilliformia.

50. *Croton paniculatus.*

C. foliis ovatis acuminatis subdentatis basi biglandulosis subtus tomentosis, panicula tomentosa. *Willd. Spec. Plant.* p. 541.

C. foliis ovatis mucronatis subdentatis basi biglandulosis, subtus tomentosis, panicula tomento ferrugineo obducta. *Lamarck Encycl.* 2. *p.* 207.

Habitat in Iava, Zeylona *König.* ♄

Rami superne glauci, ferruginei, tomentosi. *Folia* petiolata, alterna, *Stillingiae sebiferae* similia, sed triplo maiora, rhombeo-ovata, acumine longo producto, integra, sub quinquenervia, venoso-reticulata, su-

pra glabra viridia, ſubtus incano-tomentoſa, oculo armato punctata, 3—6 pollicaria. *Petioli* teretes tomentoſi ferruginei, foliis triplo breviores. *Glandulae* duae ad baſin foliorum depreſſae fuſcae. *Panicula* ſesquipedalis in dichotomia ramorum. *Flores* non vidi.

51. *Croton acuminatus.*

C. foliis cordato-ovatis acuminatis ſubintegris punctatis glabris, baſi utrinque maculatis, racemis axillaribus terminalibusque.

C. foliis ovatis acuminatis ſubintegris eglanduloſis ſubtus tomentoſis, ſpicis axillaribus terminalibusque tomentoſo-ferrugineis. *Lamarck Encycl. 2. p.* 207.

β. foliis ſublobatis 5 nerviis utrinque glaberrimis.

C. iaponicum foliis indiviſis trilobisque ovatis acuminatis integris glabris. *Thunb. fl. iap. p.* 270. *tab.* 28. 29.

C. iaponicum foliis rhombeo-ovatis acuminatis integerrimis indiviſis ſubtrilobisve glabris, racemis paniculatis pubeſcentibus. *Willd. Spec. Plant. p.* 555.

C. foliis rhombeo-ovatis acuminatis glabris quinquenerviis, panicula terminali villoſa. *L. ſuppl. p.* 422.

Faka vulgo Kaſira. *Kämpf. Amoen. p.* 884.

Habitat in portu Praslin novae Georgiae, Zeylona, Iava *β.* Iaponia. ♄

Rami teretes, ſuperne angulati, furfuraceo-incani. *Folia* petiolata, alterna et oppoſita, cordata, ovata, acuminata integerrima alia remote dentata, trinervia, venoſo-reticulata, glabra, ſupra punctis eminentibus, ſubtus punctis luteis oculo armato conſperſa, incana, iuniora tomentoſa. *Macula* fuſca utrinque in margine foliorum ad inſertionem petioli. *Petioli* foliorum fere longitudine, in aliis duplo breviores. *Racemi* axillares et termi-

nales, erecti, ſimplices, incani, tomentoſi. *Flores* remote conferti, breviſſime pedicellati, feminei et maſculi mixti.

β. folia 5 nervia et ſaepe trilobata, ceteroquin non differt.

Capſulae globoſae echinatae. *Styli* 3 bifidi.

52. *Croton bracteatus.*

C. foliis ovatis acutis integerrimis baſi biglanduloſis, ſubtus tomentoſis, racemis elongatis bracteatis. *Willd. Spec. Plant. p.* 542.

C. foliis ſuboppoſitis ovatis acutis integris, ſubtus tomentoſis, racemis longis laxis bracteiferis. *Lamarck Encycl.* 2. *p.* 208.

Habitat in Madagaſcar. ♄ *Commerſon.*

Rami teretes inferne glabri, ſuperne angulati flaveſcenti-incani, dichotomi. *Folia* petiolata, oppoſita, 3—5 pollicaria, ovata, elongata, acuta, integerrima, obſolete venoſa, ſupra punctis minutis villoſis viridia ſubtus incana. *Glandula* ſubtus utrinque ad latus coſtae obtuſa et excavata. *Racemi* e dichotomia cum ramulo utrinque ulterius excreſcente, 6—7 pollicares; pedicelli uniflori, ſparſi aggregatique, femineorum longiores unguiculares; folium lanceolatum unguiculare ad baſin pedicellorum ſubſeſſile. *Calycis* foliola ovata, obtuſa, incana, femineorum fere unguicularia. *Germen* ovatum tomentoſum. *Styli* 3 multifidi.

53. *Croton quadriſetus.*

C. foliis ſubcordatis acuminatis ſerrulatis aſperis tomentoſis, ſubtus baſi quadriſetoſis. *Lamarck Encycl.* 2. *p.* 208.

C. pungens foliis cordatis acuminatis ſerrulatis, ſupra ſcabris ſubtus tomentoſis baſi quadriglanduloſis. *Willd. Spec. Plant. p.* 549.

C. foliis cordato-acuminatis, obſolete ſerratis, facie aſperis, dorſo ſtellato-tomentoſis. *Jacq. ic. rar.* 3. *tab.* 622. *Collect.* 4. *p.* 217.

Habitat in Peru, ad Caracas. ♄

Rami ſuperne incani. *Folia* petiolata, ſubcordato-ovata, acuta, 2—3 pollicaria, inaequaliter ſerrulata, ſupra confertim cinereo-punctata, ſubtus caneſcentia, venoſa, ſetae duae utrinque ad inſertionem petioli. *Glandulae* flavae capitatae coronatae, in adultis foliis trilineares. *Racemus* terminalis, erectus, ſimplex, elongatus, incanus, artiales ſparſi, ſaepe aggregati. *Calycis* laciniae ovatae. *Flores* in ſpecimine *Lamarckii* tantummodo maſculi. *Vahl.*

*54. *Croton callicarpaefolius.*

C. foliis ovatis acuminatis integerrimis ſubtus tomentoſis, baſi glandulis 4 pedicellatis.

Habitat in Peru. ♄ *herb. Juſſieui.*

Rami craſſitie pennae cygneae, ſuperne tomentoſi. *Folia* petiolata, alterna, ovata, acuminata, integerrima, ſupra ſcabriuſcula, avenia, ſubtus venoſo-reticulata, tomentoſa incana, 5-pollicaria. *Glandulae* 4 pedicellatae, capitatae ad apicem petioli. *Vahl.*

*55. *Croton glanduliferus.*

C. foliis ellipticis lanceolatis integerrimis glabris, calycibus glanduloſis.

Habitat ♄ *Herb. Juſſieui.*

Caulis fruticoſus, erectus, teres; *rami* ſparſi glabri.

Folia petiolata, elliptico-lanceolata, attenuata, integerrima, tripollicaria, ſimpliciter venoſa glabra, iuniora punctis rariſſimis villoſis ſtellatis adſperſa. *Racemi* terminales bipollicares pedunculati. *Flores feminei* inferne 4—5. *Calyx* pentaphyllus, foliolis linearibus extrorſum parum latioribus, baſi glandulis reſinoſis muricatis glabris. *Styli* 3-fidi. *Vahl.*

56. *Croton Tiglium.*

C. foliis ovatis acuminatis ſerratis glabris baſi biglandulosis, petiolis folio brevioribus, racemis terminalibus. *Willd. Spec. Plant. p.* 543.

C. foliis ovatis glabris acuminatis ſerratis, caule arboreo. *L. fl. zeyl. p.* 343. *Mat. med.* 207. *Loureiro fl. Cochin. p.* 714. *Gärtner de fruct. et ſeminibus, cent.* 7. *tab.* 107. *f.* 6.

Pinus indica nucleo purgante. *Bauh. pin.* 492.

Lignum moluccenſe foliis Malvae, fructu avellanae minore, cortice molliore et nigricante, Pavana incolis. *Bauh. pin.* 393.

Granum moluccum. *Rumph. amb.* 4. *p.* 98. *tab.* 42.

Cadel avariaca. *Rheed. malab.* 2. *p.* 61. *tab.* 33.

Ricinoides indica, folio lurido, fructu glabro, Grana Tiglia officinis dicta. *Burm. zeyl.* 200. *tab.* 90.

Habitat in India. ♄

Rami teretes glaucescentes, iuniores ſtriato-ſulcati glabri. *Folia* petiolata, alterna, ovata vel elliptica, trinervia, uno latere anguſtiora, acuminata, ſubſerrata, ſerraturis glanduloſis, glaberrima, 2—4 pollicaria, iuniora pilis raris ſtellatis adſperſa. *Petioli* teretes folio duplo breviores. *Stipula* linearis. *Glandula* utrinque ad baſin in ipſo margine foliorum ſeſſilis cava. *Racemi* ex diva-

ricationibus ramorum et terminales, erecti, foliis breviores. *Flores* ſparſi, feminei inferiores ſub terni, *bractea* ſetacea. *Calyx* pentaphyllus breviſſimus ſub capſula reflexus. *Capſula* ovata glabra. *Styli* 3 bifidi.

N. Cortex et ſemina draſtica virtute polunt.

57. *Croton lucidus.*

C. foliis ovatis acuminatis ſubintegerrimis utrinque glabris, racemis erectis terminalibus; calycibus fructu maioribus. *Swartz fl. ind. occident.* 2. *p.* 1193.

C. foliis oblongis ſubſerratis glabris oppoſitis ſubterminalibus articulorum. *L. Spec. Plant. p.* 1426. *Amoen. acad.* 5. *p.* 410.

C. pallens foliis ovatis acuminatis integerrimis utrinque glabris, racemis ſolitariis erectis terminalibus, calycibus fructu maioribus. *Swartz prod.* 100.

C. foliis ovatis glabris, floribus ſpicatis, ſtylis multifidis depreſſo-pubeſcentibus, fruteſcens. *L. Mant.* 497. *Loefl. it.* 234. *Lamarck Encycl.* 2. *p.* 210.

C. erectum glabrum, foliis ovatis oppoſitis vel ternatis, ſpicis terminalibus. *Brown. iam.* 347.

C. ſpicatum foliis ovatis glabris, ramis nudis, racemis ſpicatis. *Berg. Philoſ. transact. vol.* 58. *p.* 132. *t.* 7.

C. fruticoſum foliis lanceolatis glabris, caule fruticoſo, floribus alaribus et terminalibus. *Mill. dict. n.* 6.

Habitat in Iamaica. ♄

Frutex 5-—6-pedalis. *Rami ramuli*que ſubdiviſi, teretes, verſus apicem compreſſiuſculi folioſi, inferne ſaepe nudi, cortice cinereo, glabro. *Folia* petiolata, alterna, non raro prope ſummitates ramulorum conferta, ovato-oblonga, acuminata, apice extimo obtuſo, margine ſubintegro, in quibusdam obtuſe et remote ſerrata,

utrinque glabra, ſubtus pallidiora, vix nervoſa, avenia, membranacea, luci oppoſita perforata, 2-pollicaria. *Petioli* ſemipollicares, teretiusculi, glabri, hinc inde verruculoſi. *Racemi* terminales, ſolitarii, erecti, 2—3 pollicares, ſpicaeformes. *Flores* pedicellati confertiusculi, *maſculi* ſuperiores minores, *feminei* inferiores rariores maiores pedicellis longioribus. *Germen* oblongum pubeſcens. *Styli* 3 divaricati ad medium bis bipartiti. *Stigmata* obtuſa. *Swartz l. c.*

58. *Croton glabellus.*

C. foliis ovatis obtuſiusculis integerrimis laevibus, fructibus pedunculatis. *L. Spec. Plant. p.* 1425. *W. Spec. Plant. p.* 536. *Amoen. acad.* 5. *p.* 409. *Ait. Kew.* 3. *p.* 375.

Mali folio arbor artemiſiae odore et flore. *Sloan. iam.* 2. *p.* 139. *hiſt.* 2. *p.* 30. *tab.* 174. *f.* 1. 2.

C. *fruticoſum* foliis ſubrotundo-ovatis ſubtus ſubincanis alternis, ſpicis axillaribus. *Brown iam. p.* 348.

Habitat in Iamaica. ♄

Folia alterna, petiolata, glabra, tenera, pollicaria, ſubtus glauca. *Pedunculi* longiusculi. *Fructus* laevis. *L. l. c.*

*59. *Croton Plukenetii.*

C. foliis oblongis integerrimis obtuſis ſubtus incanis eglandulosis.

Ricini fructu parvo, fruticoſa curaſſaca. *Plukn. t.* 107. *f.* 6.

Habitat in Curaçao. ♄ *herb. Muſei.*

Rami incani, apice ruſeſcentes, oculo armato adſperſis punctis flaveſcentibus, tenues. *Folia* petiolata alterna, oblonga, integerrima, obtuſa, ſupra pallide viridia

ſubtus incana, argentea ſemipollicaria. *Glandulae* nullae. *Petioli* foliorum longitudine. *Racemi* laterales pedunculati pollicares. *Vahl.*

60. *Croton diffuſus.*

C. ovalifolium foliis oblongis obtuſis baſi attenuatis apice ſerrulatis petiolatis glabris, ramulis hirſutis. *Willd. Spec. Plant.* p. 534.

Habitat in Inſula St. Crucis, St. Thomae, Guadeloupe. *herb. Iſerti.* ♄

Frutex parvus ramoſiſſimus ſubpedalis. *Rami* dichotomi, teretes, piloſi. *Folia* petiolata, alterna, ovata, obtuſa, emarginata mucronata, baſi integerrima attenuata apice ſerrata, iuniora utrinque pilis ſtellatis hirta, adultiora ſupra glabriuſcula, obſolete nervoſa, ſubtus pallidiora, pollicaria. *Petioli* teretes ſaepe foliorum longitudine. *Glandulae* nullae. *Spicae* in apice ramorum pollicares. *Flores maſculi* ſuperiores, *feminei* pauciores inferiores. *Calyx* 5-partitus, laciniis lanceolatis hirtis ciliato-dentatis, capſula hirta longioribus. *Bracteae* parvae lanceolatae ad baſin pedicellorum. *Styli* 3 bifidi.

*61. *Croton Vahlii.*

C. foliis ovatis ſubacutis integerrimis ſubtus piloſis nervoſis reticulatis, racemis axillaribus.

Habitat ♄ *herb. Vahlii.*

Rami teretes glabri ſuperne ferrugineo-tomentoſi. *Folia* petiolata, alterna, ovata, acuta, iuniora obtuſa, baſi rotundata, integerrima, ſupra nudo oculo glabra, ſubtus pilis ſtellatis obſita, nervoſa, venoſo-reticulata, 3 pollicaria. *Petioli* pollicares, tomentoſi. *Glandulae* nullae. *Racemi* axillares ferruginei tomentoſi.

62. *Croton reticulatus.*

C. foliis oblongis acuminatis integerrimis utrinque glabris ſubtus reticulatis, racemo terminali elongato. *Willd. Spec. Plant.* p. 545.

Habitat in India orientali. ♄

Rami teretes fuſci, iuniores pubeſcentes. *Folia* tri-ſ. quadripollicaria oblonga, acuminata, integerrima utrinque glabra, ſubtus reticulato-venoſa. *Petioli* pubeſcentes. *Racemus* terminalis ſemipedalis. *Willd. l. c.*

*63. *Croton domingenſis.*

C. foliis cordato-ovatis integris obtuſis ſubtus incanis eglanduloſis.

Habitat in St. Domingo. ♄ *herb. Lamarckii.*

Rami teretes ſuperne incani. *Folia* petiolata, ſemipollicaria, ſubcordato-ovata, obtuſiſſima, venoſa, integerrima, ſupra oculo armato elevato-punctata, ſubtus incana. *Glandulae* nullae. *Spicae* terminales, erectae, tomentoſae, pollicares. *Vahl.*

*64. *Croton venoſus.*

C. foliis cordato-ovatis integris ſubtus tomentoſis reticulatis eglanduloſis.

Habitat ♄ *herbar. Iuſſ.*

Rami teretes glabri, cortice purpuraſcente, iuniores ſubtomentoſi et villoſi. *Folia* alterna, petiolata, cordata, ovata, acuta, integerrima, ſupra glabra oculo armato punctata, ſubtus tomentoſo-villoſa, venoſo-reticulata, glauca, unguicularia. *Petioli* villoſi duplo breviores. *Glandulae* nullae. *Stipulae* ſubulatae. *Racemi* pedicellati axillares foliis breviores. *Flores* nutantes parvi.

65. *Croton umbellatus.*

C. foliis ovato-oblongis acuminatis integerrimis utrinque glabris, floribus umbellatis terminalibus. *Willd. Spec. Plant. p.* 545.

Habitat in India orientali. ♄

Totus glaberrimus. *Rami* teretes cinereo-fuſci. *Folia* 3- vel 4-pollicaria, ovato-oblonga acuminata integerrima utrinque glabra, ſimpliciter venoſa. *Flores* in umbella ſimplici ſubſexflora terminali, pedunculo capillaceo ſuffulta. *Willd. l. c.*

*66. *Croton erioſpermus.*

C. foliis oppoſitis oblongis acuminatis glabris integerrimis eglanduloſis, racemis terminalibus axillaribusque.

C. foliis oppoſitis ovatis integerrimis, racemis compoſitis, ſeminibus lana rufeſcente involutis. *Lamarck. Encycl.* 2. *p.* 211.

Habitat in Braſilia. ♄

Rami teretes apice compreſſiuſculi, dichotomi, glabri, fuſci. *Folia* petiolata, oppoſita, pollicaria vel parum ultra, oblonga acuta, iuniora ſubtus lanata, aetate nuda, obſolete venoſa. *Petioli* ſemiunguiculares. *Glandulae* nullae. *Racemi* axillares ſimplices, folio breviores, terminales longiores et baſi ſubramoſi. *Flores* ſparſi parvi. *Capſulae* glabrae, fuſcae, griſeo-punctatae. *Semina* lana fulva tecta. *Vahl. in herb. Juſſieui.*

*67. *Croton portoricenſis.*

C. foliis alternis oblongis obtuſiuſculis ſubintegris utrinque glabris, axillaribus.

Habitat in Puerto-Ricco. ♄ *herb. Desfont.*

Rami glabri, compreſſo-angulati. *Folia* petiolata, al-

terna, bipollicaria vel parum ultra, ovato-oblonga, integerrima interdum extus obſolete remote dentata, parum acuminata, obtuſiuscula, utrinque glabra. *Pedunculi* axillares unguiculares, petiolo parum longiores. *Capſulae* glabrae, piſo duplo maiores. *Vahl.*

*68. *Croton laniflorus.*

C. lanatum, foliis ovato-lanceolatis integerrimis glabris oppoſitis, corollis lanatis, capſulis 6-valvibus. *Lour. fl. Cochin.. p.* 581.

Habitat in Cochinchina.

Arbor magna. *Racemi* ſimplices terminales, maſculi ad apicem. *Calyx* tubuloſus 3-partitus, petala 5, ovata concava filamento 15. ♀ *Cor.* 0. *ſtyl.* 0. *Stigmata* 3 bifida. *Capſul.* 3-locularis 6-valvis, 1-ſperma, ſeminibus apice tuberculoſis. *Loureir. l. c.*

*69. *Croton caſſinoides.*

C. foliis oppoſitis ovatis dentatis utrinque laevibus, petiolis ſcabris canaliculatis, ſpicis paucifloris. *Lamarck Encycl.* 2. *p.* 211.

Habitat in Madagaſcar. ♄ *Commerſon.*

Rami dichotomi, teretes, glabri, cortice fuſco, apice villoſi. *Folia* petiolata, oppoſita, terna et quaterna, ovata utrinque attenuata, obtuſiuscula, glabra, baſi integerrima, apicem verſus ſerrata, 1—2 pollicaria. *Petioli* teretes villoſi, foliis triplo breviores. *Glandulae* nullae. *Racemi* in apice ramorum ſemipollicares, floribus breviſſime pedicellatis. *Calycis* laciniae lanceolatae capſulis breviores. *Capſulae* piſi minoris magnitudine, glabriusculae, fuſcae, cinereo-punctatae.

70. *Croton senegalensis.*

C. foliis rhombeis obtusis subrepandis subtus incanis basi glandulosis.

C. foliis hastato-oblongis subtus tomentosis, floribus confertis subsessilibus, capsulis squamoso-nitidis. *Lamarck Encycl.* 2. *p.* 212. *Willd. Spec. Plant. p.* 554.

Habitat ad Senegal. ♄ *Adanson* legit.

Frutex. Rami teretes inferne glabri, superne compressi cinerei. *Folia* petiolata alterna, superne opposita, remota, rhombea, subrepanda, obtusissima, supra glabra, simpliciter venosa, secundum venas lineata, subtus incano-tomentosa. *Glandulae* subtus ad costam, orbiculares, marginatae, sessiles. *Racemi* axillares et terminales breves, flores feminei inferni. *Calycis* laciniae setaceae. *Capsulae* globosae, nitidae, squamosae, magnitudine fere pisi. *Vahl. ex herb. Jussieui.*

71. *Croton sericeus.*

C. foliis oblongis acuminatis integerrimis subtus sericeo-tomentosis basi biglandulosis, calycibus femineis ciliatis. *Willd. Spec. Plant. p.* 547.

C. foliis ovato-oblongis acuminatis subtus sericeo-incanis biglandulosis, floribus laxe spicatis, stylis introrsum recurvis. *Lamarck Encycl.* 2. *p.* 210.

C. *maturense* foliis ovatis acuminatis integerrimis subtus candido-sericeis, basi biglandulosis. *Aubl. guj.* 2. *p.* 879. *tab.* 338.

Habitat ad Gujanae et Cayennae ripas. ♄

Rami superne ferruginei tomentosi. *Folia* alterna, petiolata, ovato-oblonga, acuminata, 4—6 pollicaria, integerrima, simpliciter venosa, supra glaberrima, sub-

tus tomentoso-incana et punctis stellatis squamosa. *Petioli* teretes tomentosi foliis triplo breviores. *Stipulae* lanceolatae acutae. *Glandula* vel petiolata vel sessilis scutelliformis utrinque ad insertionem petioli lateralis. *Racemi* foliis longiores axillares versus apicem approximati, incani, tomentosi. *Flores masculi* superiores. *Calyx* 5-fidus, petala 5 lanceolata calyce longiora. *Stamina* monadelpha basi villosa. *Flores feminei* inferiores. *Calyx* 5-fidus, laciniae lanceolatae. *Bracteae* squamaeformes. *Germina* tomentoso-incana. *Styli* 3 multipartiti. (*Capsulae* villosae subrotundae *Aublet.*)

72. *Croton subluteus.*

C. foliis oblongo-ovatis acuminatis serratis basi biglandulosis subtus ferrugineo-tomentosis, capsulis glabris. *Willd. Spec. Plant. p.* 540.

C. *subluteum* foliis ovato-acutis serratis basi biglandulosis subtus flavescentibus, capsulis glabris. *Lamarck Encycl.* 2. *p.* 210.

C. *gujanense* foliis ovato-acutis serratis subtus flavescentibus, capsulis glabris. *Aubl. guj.* 2. *p.* 882. *tab.* 339.

Habitat ad ripas Gujanae et Cayennae. ♄

Arbor. Folia alterna, ovalia dentata 5½ pollicaria, 3 pollices lata, dentata, acuminata, supra glabra virentia, subtus tomentosa ferruginea basi biglandulosa. *Petioli* 2 pollicares subtus sulcati. *Stipulae* duae deciduae. *Capsulae* glabrae. *Aublet. l. c.*

73. *Croton citrifolius.*

C. foliis oblongis acuminatis integerrimis pulverulentis nitidis petiolatis, spicis pedunculatis axillaribus terminalibusque. *Willd. Spec. Plant. p.* 536.

C. foliis ovato-lanceolatis integris pulvereo-nitidis, ſpicis axillaribus, capſulis rotundis verrucoſis argenteis. *Lamarck Encycl.* 2. *p.* 210.

Ricinoides arbor, folio citri argenteo polline conſperſo. *Plum. ſpec.* 20. *Tournefort* 656.

C. foliis ovato-lanceolatis integerrimis nitidis, ſpicis alaribus. *Burm. Americ. p.* 236. *t.* 240. *f.* 2.

Habitat in St. Domingo. ♄

Arbor 20-pedalis, malorum noſtrorum facie, cortice rufo-fuſco, ligno haud ſatis firmo. *Folia* alterna, ovato-lanceolata integerrima foliorum citri facie, ſed minus ſolida, utrinque pulvere aureo tecta. *Spicae* axillares pedales. *Flores maſculi: Calyx* 5-partitus. *Cor.* 5-petala, alba. *Flores feminei: Calyx* 5-partitus pulverulentus. *Stigmata* 3 bifurcata. *Capſula* rotunda nucis avellanae mole, pulvere argenteo tecta. *Plum.*

*74. *Croton prunifolius.*

C. foliis ovatis obtuſis integerrimis glabris ſquamuloſo-nitidis petiolatis, racemis axillaribus terminalibusque.

Habitat in St. Domingo. ♄ *herb. Lamarckii.*

Rami inferne teretes glabri, ſuperne rufeſcente punctati. *Folia* petiolata ſesquipollicaria, ovata, obtuſa, integerrima, ſimpliciter venoſa, oculo armato utrinque ſquamuloſa, nitidiuscula, glabra eglanduloſa. *Racemi* axillares et terminales, ſimplices, erecti, vix pollicares. *Pedicelli* ſolitarii diſtantes. *Calyx* et fructus argenteo-ſquamuloſi. *Vahl.*

*75. *Croton muricatus.*

C. foliis ovatis attenuatis crenatis ſubtus viridi caneſcentibus biglanduloſis, ramis ſuperne muricato-ſcabris.

Habitat in Madagaſcar. ♄ *herb. Juſſieui.*

Rami alterni teretes ſuperne ferruginei e punctis numeroſiſſimis elevatis muricato-ſcabri, apice dichotomi diviſi. *Folia* pollicaria, ſupra punctata ſcabriuscula, avenia, ſubtus pilis ſtellatis ſubcaneſcentibus, mucronata, obſolete crenata. *Spicae* in dichotomia et apice erectae. *Flores* copioſi conferti, ſordide cineraſcentes. *Glandulae* utrinque in apice petioli. *Vahl.*

76. *Croton ſcaber.*

C. foliis oblongo-ovatis cordatis acuminatis integerrimis ſupra ſcabris ſubtus cano-pubeſcentibus, racemis terminalibus. *Willd. Spec. Plant. p.* 550.

Habitat ad Caracas locis ſiccis petroſis. ♄

Frutex octopedalis, ramulis teretibus incanis. *Folia* 3 pollicaria et longiora, ovato-oblonga breviter acuminata, baſin verſus parum anguſtiora, cordata, margine integerrima, ſupra punctata ſcabra, ſubtus pilis ſtellatis cana. *Petioli* incani. *Racemi* in ramorum apice ſesquipollicares. *Willd. l. c.*

77. *Croton nitens.*

C. foliis ſubcordato-ovatis acuminatis integris glabris nitidis, ſubtus argenteo-ſquamuloſis, racemis axillaribus, foliis brevioribus erectis. *Swartz prodr. p.* 100. *Fl. ind. occident. p.* 1189. *Willd. Spec. Plant. p.* 547.

Habitat in Iamaica. ♄

Rami ſuperne angulati glabri, oculo armato ſquamoſo-punctati. *Folia* petiolata, alterna, ovata, acuminata, integerrima, utrinque glaberrima, venoſa, ſupra ſquamulis parvis nitida adultiora nuda, ſed punctis numero-

ſiſſimis concoloribus adſperſa, ſubtus ſquamoſo-nitida, 4—6 pollicaria. *Petioli* ſubpollicares, compreſſi. *Glandulae* nullae. *Racemi* axillares, filiformes, foliorum fere longitudine. *Flores* parvi. *Calyces* glabri ferrugineo-punctati nitidi. *Bracteae* parvae ſubulatae.

78. *Croton Argyranthemum.*

C. foliis obovatis obtuſis integerrimis ſubtus argenteis punctatis eglanduloſis.

C. caule fruticuloſo, foliis integerrimis obtuſis obovalibus, racemo terminali brevi congeſtim multifloro; calycibus pedicellatis nitidule argenteis. *Michaux flor. boreal. americ.* 2. *p.* 215.

C. foliis oblongis integerrimis ſubtus tomentoſis petiolatis, pedunculis terminalibus ſubbifloris. *Willd. Spec. Plant. p.* 535. *excluſ. ſynon. Jacq.*

Habitat in ſylvis Georgiae et Floridae. ♄

Rami inferne teretes, ſuperne angulati, argentei, punctis fuſcis copioſiſſimis adſperſi. *Folia* alterna, petiolata, lineari-lanceolata, obtuſa, per petiolum decurrentia vel oblonga, integerrima, ſupra viridia ſquamis rarioribus, ſubtus argentea, punctis fuſcis copioſiſſimis impreſſis, ſubbipollicaria. *Petioli* ſemipollicares. *Glandulae* nullae. *Racemi* terminales ramulo ulterius excreſcente, foliis breviores. *Flores feminei* inferiores. *Calyces* et *capſulae* argenteae, minutiſſime punctatae.

79. *Croton farinoſus.*

C. foliis oppoſitis ovato-lanceolatis ſubintegris, ſupra viridibus, infra farinoſo-incanis, ſpicis tenuibus. *Lamarck Encycl.* 2. *p.* 211. *Willd. Spec. Plant. p.* 552.

Habitat in Madagascaria. ♄ *Commerson.*

Rami dichotomi, teretes, glabri, versus apicem pulverulento-tomentosi ferruginei. *Folia* petiolata opposita ovato-lanceolata, integra vel glanduloso-serrulata, supra glabra punctata, subtus tomentoso-nivea, pilis stellatis obsita, venosa, pollicaria. *Petioli* vix unguiculares, ferrugineo-tomentosi. *Glandula* subtus utrinque ad latus costae cava. *Spicae* in dichotomia et terminales sub 2 pollicares ferrugineo-tomentosae. *Flores feminei* inferiores, *calyces* quinquefidi, laciniis ovatis acutis. *Germina* rotundata, *stylis* tribus 2- et 4-fidis coronata.

80. *Croton dichotomus.*

C. foliis lanceolatis serratis pilosis subtus tomentosis, spicis alaribus, ramis dichotomis divaricatis. *Willd. Spec. Plant. p.* 537.

Habitat in St. Domingo. ♄

Rami crassi lignosi cinereo-fusci divaricati dichotomi. *Folia* semipollicaria lanceolata breve petiolata obtuse inaequaliter grosse serrata, supra viridia pilis copiosis stellatis tecta, subtus tomentosa. *Spicae* e dichotomia ramorum semipollicares. *Willd. l. c.*

*81. *Croton trichotomus.*

C. foliis ovatis lanceolatis acutis integerrimis superne glabris subtus argenteis squamosis punctatisque.

C. *punctatum* foliis alternis ovatis integerrimis petiolatis coriaceis incanis punctatis, pedunculis ex trichotomia erectis solitariis. *Jacq. Collect.* 1. *p.* 166. *Jacq. icon. rarior. Vol.* 2. *fasc.* 5. *tab.* 25.

Habitat in Madagascaria et in St. Domingo. ♄ *ex herb. Jussieui et Lamarckii.*

Rami teretes, glabri, ſaepe terni, dichotomi; ramuli compreſſi, ſtriati, argentei, punctis copioſiſſimis fuſcis adſperſi. *Folia* petiolata oppoſita, ad ramificationes terna, ovato-lanceolata acuta integerrima, 2 – 4 pollicaria, ſupra glabra nitidiuscula, utrinque avenia, transverſim remote obſolete lineata, ſubtus argentea, ſquamoſa punctis numeroſis fuſcis inter ſquamas, uti in petiolis, pedunculis, floribus et capſulis. *Spicae* terminales et in dichotomia erectae ſubbipollicares. *Pedunculi* angulati. *Flores* ſparſi pedicellati, *feminei* ſeſſiles. *Calycis* laciniae lanceolatae, acutae, capſulis dimidio breviores. *Capſulae* piſi minoris magnitudine ſubrotundae.

82. *Croton punctatus.*

C. foliis lanceolato-oblongis attenuatis obtuſis integerrimis ſuperne glabris ſubtus argenteis ſquamoſis punctatisque, baſi biglanduloſis.

C. foliis lanceolatis integerrimis ſubtus incanis nitidis, punctatis, capſulis furfuraceis. *Loureiro fl. Cochin. p.* 712.

C. montanum foliis ovato-oblongis acuminatis integerrimis baſi biglanduloſis ſubtus tomentoſis reſinoſo-punctatis. *Willd. Spec. Plant. p.* 547. ?

Habitat in ſylvis Cochinchinae, in India orientali. ♄ *Rottler.*

Rami teretes glabri, cortex cinereus. *Folia* petiolata alterna, ſuperiora ſuboppoſita, ovato-lanceolata utrinque attenuata obtuſa, integerrima, venoſa, ſupra glaberrima ſubtus argentea, ſquamoſa, puncta numeroſa fuſca impreſſa ſquamis intermixta, ſpithamea et ultra. *Petioli* pollicares cum ſtipulis ſetaceis ſquamoſo-ferruginei. *Glandula* fuſca utrinque ſupra impreſſa obliterata. *Ra-*

cemus terminalis ſub 2 pollicaris, pedunculis angulatis. *Flores* feminei inferiores breve pedicellati. *Calycis* laciniae ovatae obtuſae, argenteae ferrugineo-ſquamoſae cum germinibus, *ſtylis* 3 bipartitis fuſcis coronatis.

*83. *Croton ſquamuloſus.*

C. foliis ovato-oblongis acuminatis integerrimis utrinque argenteo-ſquamoſis, racemis axillaribus ſubfoliaceis.

Habitat in St. Domingo. ♄ *in herb. Juſſieui.*

Rami alterni, teretes, glabri, ſuperne angulati ſquamuloſi. *Folia* petiolata alterna, ovato-oblonga, acuminata, obtuſiuscula, utrinque adſperſa ſquamis minutis argenteis, praeſertim ſubtus et in iúnioribus. *Racemi* axillares ſubſeſſiles, pollicares, plerumque foliolo uno alterove lineari-oblongo ad baſin pedicellorum. *Flores* inferiores *feminei*, longius pedicellati uti *maſculi* ſquamuloſi argentei. *Vahl.*

84. *Croton Eluteria.*

C. foliis cordato-ovatis attenuatis integerrimis glabris ſquamuloſis ſubtus argenteis eglanduloſis.

C. foliis ovatis acuminatis integerrimis glabris, ſubtus argenteo-ſquamuloſis, racemis compoſitis axillaribus, caule arboreo. *Swartz prodr.* 100. *Flor. Ind. occident.* 2. *p.* 1183. *Willd. Spec. Plant. p.* 545.

Clutia Eluteria foliis cordato-lanceolatis. *L. Spec. Plant. p.* 1476. *Fl. zeyl.* 366. *Amoen. acad.* 5. *p.* 411.

Clutia L. hort. Cliff. p. 486.

Elutheria providentiae, foliis cordatis ſubtus argenteis. *Sweet bark ſ. cortex bene olens. Pet. coll.* 1. *n.* 276.

C. fruticulosum erectum subvillosum, foliis cordatis acuminatis, spicis terminalibus. *Brown. jam. p.* 347. ?

Habitat in India occidentali. ♄ *Forsyth*.

Rami teretes alterni, superne argenteo-squamosi. *Folia* petiolata alterna, basi subcordata, ovata, attenuata, acuta, integerrima, nervoso-venosa, supra squamis argenteis rarioribus, oculo armato stellatis, viridia, subtus argentea, foliis Elaeagni similia, bi-tripollicaria. *Petioli* unguiculares. *Glandulae* nullae. *Stipulae* setaceae. *Racemi* ex apice ramorum simplices 4—5 pollicares, cum ramulo ulterius excrescente, et inde laterales apparent. *Flores masculi* superiores conferti, *feminei* inferiores sparsi. *Calyces* quinquepartiti angulati. *Foliola* calycis ovato-lanceolata argentea squamosa uti germina. *Stylus* 1 tripartitus multifidus.

*85. *Croton bixoides*.

C. foliis cordatis ovatis integerrimis glabris eglandulosis, ramis scabris.

Habitat in America. ♄ *herb. Jussieui*.

Caulis fruticosus scaber, rami pallidi. *Folia* fere Bixae Orellanae petiolata, alterna, remota, cordata, ovata, integerrima, utrinque glabra, subtus pallidiora oculo armato punctis argenteis adspersa. *Glandulae* nullae. *Petioli* scabri. *Vahl*.

86. *Croton betulinus*.

C. foliis ovatis obtusis crenato-dentatis, supra punctato-scabris, subtus subhirtis, racemis axillaribus. *Vahl. symb. p.* 98.

C. foliis ovatis obtuse crenato-dentatis, supra punctato-scabris, subtus pubescentibus, racemis axillaribus foliis longioribus. *Willd. Spec. Plant. p.* 537.

Habitat in Infulis St. Crucis, Thomae aliisque Indiae occidentalis. ♄

Rami teretes, cortice purpurafcente, apice tomentofo-incani. *Folia* petiolata, unguicularia, inaequaliter crenato-dentata, fupra adfperfa punctis numerofis minutiffimis elevatis, fubtus pilis ftellatis incana, iuniora magis tomentofa, bafi fubtus utrinque glandula breviffime pedicellata glabra. *Petiolus* folio brevior, filiformis. *Racemi* in apice ramorum, cum ramulo ulterius excrefcente, laterales fesquipollicares, erecti. *Flores* parvi hirti; feminei inferiores. *Calyx* pentaphyllus, foliolis linearibus obtufis. *Vahl l. c.* *Capfulae* pilis ftellatis hifpidae, foliolis calycinis obovatis dentatis aequales.

*87. *Croton Rottleri.*

C. foliis ovatis plicatis rugofis villofis fubtus incanis bafi biglandulofis.

Habitat in India orientali. ♄ *Rottler.*

Caulis dichotomus, *rami* fuperne compreffi fubincani villofo-afperi. *Folia* petiolata, alterna ovata, fubrhomboidea, plicata, rugofa, pilis ftellatis fcabra, villofa, fubtus incana, pollicaria. *Petioli* dimidio breviores. *Glandula* utrinque fubtus ad bafin, petiolaris, purpurea. *Racemi* in apice ramorum pollicares. *Capfulae* ovatae villofae.

Simile C. plicato differt praeter caulem fruticofum, tomento breviori, et foliis bafi rotundatis.

88. *Croton macrophyllus.*

C. foliis cordato-fubrotundis acuminatis integris craffis tomentofis fubtus nervofis. *Swartz prodr. p.* 100. *Fl. Ind. occid.* 2. *p.* 1196. *Willd. Spec. Plant. p.* 549.

Habitat in Iamaica aliisque regionibus Indiae occidentalis. ♄ *Rohr.*

Rami teretes incani tomentoſi. *Folia* petiolata, alterna, ſubrotunda, baſi cordata, in aliis rotundata, integra, obtuſa vel brevi acumine producta, ſupra glabra, ſubtus incano-tomentoſa, nervoſa, venoſa, 3 pollices longa et ſaepe eadem latitudine. *Petioli* teretes ſesquipollicares. *Glandulae* nullae. *Racemi* terminales, erecti, foliis longiores, *flores* congeſti *feminei* inferiores. *Capſulae* piſi magnitudine piloſae breviter pedunculatae.

89. *Croton penicillatus.*

C. foliis ſubrotundo-cordatis acuminatis integerrimis glanduloſo-ciliatis ſubtus tomentoſis, faſciculo glandularum pedicellatarum in foliorum baſi et ad utrinque latus petioli. *Willd. Spec. Plant. p.* 549.

C. *penicillatum. Vent. choix* 12. *tab.* 12.

C. *ciliato-glanduloſum* foliis cordatis integerrimis ciliato-glanduloſis, caule fruticoſo. *Ortega Plant. rar. hort. Matr. dec. IV. p.* 51.

Habitat in Inſula Cuba. ♄

Fruticoſa, ſtellato-villoſa. *Caulis* ſimplex erectus teres, ſuperne ramoſus bipedalis. *Rami* erecto-patentes. *Folia* alterna longe petiolata, dependentia, cordata (cordato-ovata), acuta, integerrima, ciliato-glandulifera. *Petioli* longi ſubteretes, apice utrinque fuſci lato-glanduliferi. *Stipulae* multipartitae ciliato-glanduliferae. *Racemi* terminales ſolitarii. *Calyx maſculi floris* pentaphyllus, foliolis ovatis, concavis inflexis. *Petala* alba, obovata, unguiculata. *Filamenta* quadraginta et ultra. *Floris feminei: Calyx* 5-partitus, laciniis oblongis,

acutis ciliato-glandulosis, *corolla* nulla. *Setae* quinque glanduliferae germen ambeuntes, annulo glanduloso affixae simplices, bi- et trifidae. *Styli* 3 quadripartiti. *Capsula* pubescens. *Ortega l. c.*

90. *Croton lanatus.*

C. foliis subsessilibus ellipticis integerrimis utrinque lanatis, basi biglandulosis.

C. foliis ellipticis integerrimis utrinque lanatis, racemis subterminalibus, staminibus barbatis. *Lamarck Encycl.* 2. *p.* 211. *Willd. Spec. Plant. p.* 551.

C. *mollissimum. Herb. Musei. Vahl.*

Habitat in Monte Video. ♄

Frutex parvus ramosus, stellato-lanatus, lutescens. *Folia* alterna, superiora opposita subsessilia, elliptica, obtusa, integerrima, utrinque lanata, adultiora fusca et supra fere glabra pollicaria. *Glandulae* duae basi foliorum subtus depressae. *Racemi* in apice et dichotomia ramorum 3 4 pollicares. *Flores* sessiles inferne 2—3, *feminei* alterni. *Foliola* calycis ovata, acuta. *Capsulae* magnitudine fere pisi.

C. *mollissimum* fortasse species est peculiaris; cuius cum descriptio desit, huc pertinere clariss. *Vahl* tantummodo notavit: differt foliis inaequaliter dentatis, mollissimis, petiolatis.

91. *Croton maritimus.*

C. foliis oblongis basi subcordatis obtusis integerrimis, subtus incanis nitidis eglandulosis.

C. *maritimum* suffruticosum, foliis ovatis integerrimis obtusis, supra rugosis subtus tomentosis, argenteis,

petiolis longis tomentoſis, calycibus tomentoſis. *Walt. fl. carol.* 383.

C. *maritimum*, foliis ellipticis integerrimis obtuſiusculis incanis ſubtus tomentoſis petiolatis, ſpicis terminalibus paucifloris. *Willd. Spec. Plant. p.* 532.

C. *disiunctiflorum fruticoſum*, foliis breviter ſubcordato-ovalibus obtuſis integris, floribus femineis ſubſolitariis. *Michaux fl. boreali Americ.* 2. *p.* 214.

Habitat in Carolinae maritimis. ♄

Caulis fruticoſus, dichotomus, *rami* teretes villoſo-tomentoſi incani. *Folia* petiolata, alterna, oblonga, obtuſa, baſi ſubcordata, integerrima, pollicaria, ſupra pallide viridia ſubtus incana, oculo armato fuſco-punctata, avenia et enervia. *Petioli* foliorum fere longitudine. *Glandulae* nullae. *Spicae* axillares et terminales, pedunculatae ſemipollicares. *Laciniae* calycis ovatae. *Capſulae* magnitudine piſi.

*92. *Croton altheaefolius.*

C. foliis cordatis glabris ſerratis petiolis ramisque ſuperne incanis. *Vahl.*

Ricinoides americana frutescens althaeifolia. *Plum. Spec.* 10.

C. *althaeifolia*, foliis oblongo-cordatis tomentoſis, caule fruticoſo ramoſo, floribus ſpicatis terminalibus. *Mill dict. No.* 9. ?

Habitat in America. ♄ *herb. Muſei.*

Rami teretes glabri ſuperne angulati, cinereo-punctati, apice incani. *Folia* 3 pollicaria, parum attenuata, obtuſa, venoſa, tenella incana, aetate glabra, pili rariſſimi, dentes apice villoſo-albidi ſubaequaliter ſerrata, utrinque punctis raris albidis. *Vahl.*

*93. *Croton digitatus.*

C. foliis lanceolatis trilobis integerrimis nervofis, laciniis linearibus acutis.

C. digitatum. *Hort. Kew.*

Habitat ... *herb. Sprengelii.*

Rami teretes, glabri, cortice cinereo. *Folia* petiolata, alterna, lanceolata, bafi attenuata, inaequaliter trifida usque ad medium et ultra, laciniis linearibus, integerrimis, acutis, 5 nervia, fupra nudo oculo fere glabra, oculo armato pilis raris ftellatis obfita, fubtus pallidiora et fere afpera, 3-pollicaria. *Petioli* pollicares. *Glandulae* nullae.

94. *Croton trilobatus.*

C. foliis tri- quinquelobisve ferratis fubtus petiolisque pubefcentibus, caule fruticofo. *Willd. Spec. Plant.* p. 556.

Caulis fruticofus fcandens fufcus teres fcabriusculus, ramis tomentofis. *Folia* alterna petiolata, pilis ftellatis pubefcentia. *Flores* ♀ villofi, ♂ glabri. *Bracteae* fubulatae minimae ad pedunculos fingulos.

Schradera fcandens. *Willd. Roem. Archiv I* 3. *St.* p. 132.

Habitat in Guinea. ♄ ?

In *herbario Ifert i* non reperi hanc fpeciem.

95. *Croton goffypifolius.*

C. foliis cordatis trilobis tomentofis, bafi fubtus biglandulofis, caule arboreo. *Vahl fymb. bot.* 2. p. 98. *tab.* 49. *Willd. Spec. Plant.* p. 556.

Habitat in Infula Trinitatis.

Arbor procera, *ramis* teretibus fuperne tomentofis,

incanis. *Folia* verſus apicem ramorum congeſta, petiolata, alterna, dodrantalia et ultra, triloba lobis ovatis acutis, intermedio elongato, vix denticulata, utrinque e pilis ſtellatis tomentoſa, mollia, ſubtus albidiora, iuniora incana. *Petiolus* foliis triplo brevior, ſubtus ad inſertionem folii glandula utrinque minuta fuſca ſeſſilis. *Racemus* terminalis, erectus, tomentoſus, ſpithameus. *Flores* copioſi, ſparſi, maſculi femineis intermixti. *Germen* hirſutum incanum. *Styli* 3 bipartiti. *Vahl l. c.*

HERBACEI.

96. *Croton lanceolatus.*

C. foliis oblongo-lanceolatis glabris ſubintegris petiolatis, iunioribus ciliatis, racemis axillaribus pedunculatis, petalis apice dentatis. *Willd. Spec. Plant. p.* 533.

C. lanceolatum, foliis ovato-lanceolatis, acumine producto, trinerviis integris ſubſeſſilibus, florum racemis inferne nudis. *Cav. ic.* 6. *p.* 38. *tab.* 557. *f.* 2.

C. tricuſpidatum, foliis oblongo-lanceolatis denticulatis trinerviis, petalis tricuſpidatis. *Lamarck Encycl.* 2. *p.* 212.

Habitat in Chili.

Planta erecta, ramoſa, 4—5-pedalis, pilis raris ſubhiſpida. *Rami* ſtriati, tenues, erecti. *Folia* alterna, breviſſime petiolata, remota, lanceolata, ſaliciformia, remote dentata, glabra, margine hiſpidula. *Pedunculi* axillares, filiformes, multiflori, foliis breviores. *Flores maſculi: calyx* 5-phyllus, foliola lanceolata. *Petala* alba tricuſpidata calycis longitudine. *Glandulae* 5 parvae receptaculo inſertae. *Stamina* 5 baſi connata. *Flo-*

res feminei apetali, germina rotundata, tomentoſa. *Stigmata* 3 bifida, reflexa. *Capſulae* tomentoſae. *Lamarck l. c.*

97. *Croton microphyllus.*

C. foliis ovalibus obtuſis integerrimis glabris, ramulis petiolisque hirtis, floribus lateralibus. *Lamarck Encycl.* 2. *p.* 212. *Willd. Spec. Plant. p.* 536.

Habitat in Peru.

Caulis herbaceus, ramoſus, ſubpedalis, *rami* filiformes alterni, pilis glanduloſis raris obſiti uti petioli et pedunculi. *Folia* petiolata, alterna, elliptica, obtuſa, integerrima, eglanduloſa, unguicularia. *Petioli* foliorum longitudine. *Racemi* pauciflori, axillares, foliis longiores, pedicelli ſuperiores ſaepe uniflori. *Bractea* parva ad baſin pedicellorum. *Flores feminei: calyx* 5-partitus, foliolis patentibus et reflexis. *Capſulae* globoſae, laeves, magnitudine ſeminis Coriandri.

98. *Croton caſtaneifolius.*

C. foliis oblongo-lanceolatis ſubſerratis eglanduloſis, caule ſtriato glabro.

C. foliis lanceolatis obtuſis ſerratis petiolatis glabris. *L. Spec. Plant.* 1424. *Royen. Lugdb. p.* 201. *Lamarck Encycl.* 2. *p.* 212. *Willd. Spec. Plant. p.* 534.

Ricinoides Americana, caſtaneae folio. *Plum. Spec.* 20. *Tournef. inſt.* 656.

Acalypha humilior, foliis cordato-crenatis, ſpicis mixtis, alaribus et terminalibus. *Brown. iam. hiſt. p.* 346. *tab.* 36. *f.* 1. ?

Habitat in America meridionali.

Caulis herbaceus teres glaber, tenuiſſime ſtriatus. *Folia* petiolata, bipollicaria, lanceolata, ſubenervia, inferiora magis oblonga, remotiſſime ſerrata, obtuſiuscula, minime plicata. *Stipulae* oblongae deciduae. *Petiolus* breviſſimus. *Spicae* axillares, pedunculatae, unguiculares 6 — 7 florae. *Flores* conferti, feminei inferiores. *Calycis* laciniae oblongae. *Herb. Royeni. Vahl.*

99. *Croton paluſtris.*

C. foliis ovato - lanceolatis ſerratis, ſerraturis ſpinuloſis, eglanduloſis, caule ſtriato hiſpido.

C. *paluſtre* foliis ovato - lanceolatis plicatis ſerratis ſcabris. *L. Spec. Plant.* 1424. *Hort. Cliff.* 445. *Roy. Leyd.* 201. *Mill. dict. n.* 3. *Aublet. pl. guj.* 2. *p.* 884. *Willd. Spec. Plant. p.* 535.

Acalypha, involucris femineis hirtis, foliis ovato - lanceolatis ſerratis, caule hiſpido. *Burm. Americ. p.* 235. *tab.* 239. *f.* 1.

Ricinoides paluſtre, foliis oblongis ſerratis, fructu hiſpido. *Mart. Cent.* 38. *tab.* 38.

α. foliis ſubrotundo - ovatis.

β. foliis oblongo - ovatis.

γ. foliis lineari - lanceolatis.

Habitat in Americae meridionalis paludoſis. In Puerto - Ricco. ⊙

Caulis herbaceus, erectus, ramoſus bipedalis, teres, ex ſetis parvis rigidis apice glanduloſis aſperrimus. *Rami* ſtriati ſuperne angulati. *Folia* petiolata, alterna, remota, 3 et 4 pollicaria, ovato - lanceolata, iuniora ſupra ſetis rariſſimis obſita, adultiora glabra, avenia, oblique multinervia, ſubplicata, ſupra lineata, ſubtus coſtata, ſerrata, ſerraturis remotis ſubſpinoſis. *Glandulae* nul-

lae. *Petioli* unguiculares vel parum ultra, ſtriati, ſetisque hiſpidi. *Stipulae* ſubulatae. *Spicae* axillares folia ſubaequantes, nunc longiores, nunc breviores. *Flores feminei* inferiores pauci ſecundi. *Calycis* laciniae ſub 6, inaequales, oblongae, extrorſum parum dilatatae, ſtriatae, hiſpidulae, capſula breviores. *Flores maſculi* decidui. *Bracteae* perſiſtentes parvae ovatae acutae. *Capſulae* piſi minoris magnitudine, ſetis rigidis glanduloſis ſcaberrimae.

Obſ. Facies potius Tragiae quam Crotonis, flores maſculi vero in ſpeciminibus laeſi determinationem impediverunt accuratiorem.

100. *Croton hirtus.*

C. foliis ovatis ſerratis baſi pilis glanduliferis, ſpicis ſeſſilibus, caule hiſpido. *Heritier ſtirp. nov. faſc.* 1. *p.* 17. *tab.* 9. *Lamarck. Encycl.* 2. *p.* 213.

C. foliis ovatis duplicato-dentatis acutis, petiolis ſubtus piloſis, baſi glandulis pedicellatis inſtructis, caule dichotomo hirto, racemis alaribus. *Willd. Spec. Plant. p.* 540.

Habitat in Gujana inque Cayenna. ☉ *Rohr.*

Caulis herbaceus erectus di- vel trichotomus. *Rami* erecti, teretes, pilis ſtellatis rigidis tuberculo inſidentibus hiſpidi. *Folia* petiolata, alterna, ſuperiora ſubopposita, ad diviſiones ramorum terna, ovata, baſi obtuſa, in aliis ſubcordata, inaequaliter dentata, ſub 5 nervia, venoſa, hiſpida, viridia utrinque 2 - 3 pollicaria. *Petioli* pollicares et ultra, baſi glandulis parvis ſeſſilibus, ſtipulaque lineari-ſubulata inſtructi. *Glandulae* duae et plures pedicellatae ad baſin foliorum ſubtus graciles. *Racemi* in dichotomia ramorum et terminales, breves, ſeſſiles. *Flores maſculi* ſuperiores; *feminei* inferiores. *Calyx* 5-

partiti, laciniae lanceolatae capſulas hiſpidas ſubaequantes. *Bracteae* bifidae apice glanduliferae.

101. *Croton urticaefolius.*

C. foliis ovatis ſubcordatis acutis ſubſerratis, ſerraturis glanduloſis, glandula baſi utrinque ſeſſili, racemis terminalibus, caule ſcabro.

C. *urticaefolium*, foliis ovatis ſubcordatis acutis ſerratis petiolatis, ſpicis terminalibus, calycibus reflexis. *Lamarck. Encycl.* 2. *p.* 219. *Willd. Spec. Plant. p.* 547.

Habitat in Braſilia, Cayenna. ⊙ *Rohr.*

Caulis herbaceus, pedalis, erectus, teres, fiſtuloſus, ſcaber, ramoſus. *Rami* dichotomi ſaepe terni vel quaterni villoſi caneſcentes. *Folia* petiolata alterna, ad diviſiones ramorum terna et quaterna, ovata baſi ſubcordata, apice acuta crenata vel ſerrata, ſerraturis glanduloſis, 5 nervia, utrinque viridia, pilis albidis brevibus ſtellatis praeſertim ſubtus et in nervis obſita, 2—3 pollicaria. *Petioli* foliis parum breviores. *Glandulae* duae ad baſin foliorum ſeſſiles. *Racemi* in apice ramorum pedunculati ſolitarii. *Flores feminei* inferiores, frequentiores pedicellati oppoſiti. *Calyx* 5-partitus, laciniis ovatis obtuſis externe lanatis albis, interne fuſco-purpureis glabris. *Germina* hirſuta, ſtylis 12 vel 6 profunde bipartitis coloratis. *Capſulae* piſo minores, villoſae.

102. *Croton morifolius.*

C. foliis ſubrotundo-ovatis acutis ſerrulatis obſolete cordatis petiolatis ſubtus pubeſcentibus, ſpicis alaribus terminalibusque, caule herbaceo. *Willd. Spec. Plant. p.* 535.

Habitat in America meridionali.

Caulis herbaceus, ramis dichotomis glabris. *Folia* petiolata ſubrotundo-ovata, acuta, remote tenuiſſime ſerrulata, glabra, ſubtus tenuiſſime pubeſcentia. *Spicae* in apice et dichotomia ramorum. *Calyx* femineus villoſus. *Capſula* pedicellata pilis ſtellatis ſparſis obſita. *Willd. l. c.*

103. *Croton glanduloſus.*

C. foliis ovatis obtuſis ſerratis baſi biglanduloſis, floribus ſubſeſſilibus, caule ſuperne tomentoſo-villoſo.

C. foliis oblongis ſerratis ſubtus hirtis baſi ſubintegerrimis biglanduloſis, caule trichotomo herbaceo, ſpicis alaribus. *Willd. Spec. Plant. p.* 540.

C. foliis oblongis ſerratis baſi biglanduloſis, fructibus ſeſſilibus. *L. Amoen. Acad.* 5. *p.* 409. *Lamarck Encycl.* 2. *p.* 213. *Jacq. Icon. rar.* 1. *tab.* 41. *Coll.* 1. *p.* 125.

C. *annuum erectum hiſpidiſſimum*, foliis ovalibus baſi biglanduloſis, fructibus quaſi glomeratim ſeſſilibus. *Mich. flor. boreal. americ* 2. *p.* 214.

C. *ſcordiodes*, *villoſum*, foliis ovatis ſerratis alternis oppoſitisque, floribus ſubſeſſilibus. *Lamarck Encycl.* 2. *p.* 214.

C. *minus trichotomum ſubhirſutum*, foliis oblongis dentatis, ſpicis ad divaricationes ramorum. *Brown. Iam.* 346. 1.

β. *ſurinamenſe*, foliis ſubtus tomentoſo-albidis.

Habitat in Iamaica, Braſilia, Florida, Carolina; β. Surinami. ⊙

Caulis herbaceus trichotomus demum dichotomus, ſtriatus, teres, hiſpidus. *Rami* ſuperne tomento villoſo albido tecti. *Folia* petiolata alterna ad diviſiones caulis

quaterna, ſuperiora oppoſita, ſesquipollicaria, ovato-oblonga, obtuſa, ſerrata, baſi integerrima, utrinque pilis ſtellatis tuberculo minuto inſidentibus obſita, praeſertim in iunioribus et ſubtus. *Petioli* ſubſemipollicares. *Glandulae* duae urceolatae ad baſin foliorum flavae. *Spicae* pauciflorae breviſſimae axillares et laterales. *Flores* feminei inferiores. *Calyx* 5-fidus, laciniis ovatis acutis. *Capſula* ovata pilis ſtellatis obſita laciniis calycinis brevior.

Variat laciniis calycis obtuſis capſulam hirtam aequantibus et brevioribus, capſulaque glabra in eodem ſaepe individuo.

104. *Croton chamaedryfolius.*

C. foliis ovatis obtuſis ſerratis baſi biglandulоſis, floribus ſpicatis terminalibus, caule piloſo.

C. *chamaedryfolium*, foliis ſubcordatis ſerratis glabris, ſpicis terminalibus. *Lamarck Encycl.* 2. *p.* 215.

C. foliis cordatis ſerratis glabris, ſpicis terminalibus, caule herbaceo. *Burm. Amer. tab.* 172. *f.* 2.

Manihot minima chamaedryfolia. *Plum. Spec.* 20.

Urtica minor iners ſpicata, foliis ſubrotundo-ſerratis, fructu tricocco. *Sloan. jam. hiſt.* 1. *p.* 125. *tab.* 82. *fig.* 3.

Habitat in Iamaica, St. Domingo.

Caulis herbaceus, teres, ſtellato-piloſus. *Folia* petiolata alterna, ovata obtuſiuscula, baſi obſolete cordata, ſerrata, viridia ſubtus pallidiora, pollicaria. *Petioli* foliis triplo breviores. *Glandula* flava utrinque ad inſertionem petioli pedicellata. *Spicae* terminales, *flores* parvi.

105. *Croton acutus.*

C. foliis ovatis acuminatis ſerratis baſi biglandulоſis, racemis axillaribus, caule glabro.

C. acutum, foliis ſerratis ovatis acuminatis biglandulo-ſis, caule herbaceo. *Thunb. flor. iapon. p.* 269. *Willd. Spec. Plant. p.* 545.

Habitat in Iaponia. ⊙

Caulis herbaceus angulatus ſimplex glaber. *Folia* alterna petiolata inaequaliter ſerrata glabra, pollices duos lata palmaria. *Petioli* digitales. *Glandulae* duae ſupra baſin folii marginales emarginatae. *Flores* racemoſi, maſculi terminales. *Racemus* axillaris angulatus ſaepe ſpithameus. *Laciniae* calycis lanceolatae. *Capſula* villoſa cinerea. *Thunb. l. c.*

106. *Croton Ricinocarpus.*

C. foliis ſubcordatis crenatis, pedunculis racemoſis oppoſitifoliis, caule herbaceo. *L. Spec. Plant.* 1427. *Aublet. Plant. guj.* ? *p.* 884. *Willd. Spec. Plant. p.* 551.

Mercurialis androgyna. *Hort. Cliff.* 98. *Royen. lugdb.* 1. *p.* 203.

Ricinocarpos americana, flore albo ſpicato, folio circaeae acutiori. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 254.

Habitat Surinami. ⊙

Caulis pollicaris, ramis alternis. *Folia* alterna petiolata, ſubcordata nuda crenata. *Pedunculi* oppoſiti folii foliis longiores. *Racemi* floribus paſſim congeſtis, maſculis femineisque mixtis. *Calyx* 3-phyllus, anguſtus, albus. *L. l. c.*

107. *Croton capitatus.*

C. foliis ſubovatis integris tomentoſis eglanduloſis, ſpicis capitatis axillaribus, caule tomentoſo.

C. herbaceum erectum, foliis oblongo-ovalibus, obtuſis,

basi rotundatis integris, utrinque tomentosis, floribus femineis ad basin spicillae marium capitatim congestis. *Michaux flor. bor. americ.* 2. *p.* 214. *Willd. Spec. Plant. p.* 541.

Habitat in Carolina, in regione Illinoensi.

Totum tomentoso-villosum, incanum a pilis stellatis. *Rami* teretes erecti, apice dichotomi. *Folia* ovato-lanceolata petiolata eglandulosa pollicaria.

108. *Croton argenteus.*

C. foliis cordato-ovatis acutis subserratis subtus incano-argenteis, spicis terminalibus, caule superne tomentoso.

C. foliis ovatis apice serratis canis subtus tomentosis, stipulis ciliatis, spicis terminalibus subcapitatis bracteatis. *Willd. Spec. Plant. p.* 542.

C. foliis cordato-ovatis subtus tomentosis, integris subserratis. *L. Hort. Cliff.* 444. *Roy. lugdb. p.* 201. *Mill. dict. No.* 2. *Lamarck Encycl. p.* 213. *Ait. Kew.* 3. *p.* 375.

Habitat in America meridionali. ☉

Caulis herbaceus simplex (in cultis dichotome-ramosus), pedalis, angulatus, inferne glaber, superne pilis stellatis, tomentoso-lanatus. *Folia* petiolata alterna, superiora opposita, cordata, ovata acuta, subserrata, 5 nervia venosa, supra viridia, utrinque punctata, pilis minutissimis stellatis, subtus tomentosa, incano-argentea, sub 2 pollicaria. *Petioli* semipollicares canaliculati. *Glandulae* nullae. *Stipulae* lineares acutae pilosae deciduae. *Spicae* terminales parvae cum ramulo utrinque brevi. *Flores* conferti, subcapitati, *masculi* superiores, *feminei* inferiores. *Bracteae* lineares.

—* 109. *Croton monanthogynus.*

C. foliis cordato-ovatis obtuſis integris ſubtus tomentoſis eglanduloſis, ſpicis parvis axillaribus, capſulis nutantibus, caule piloſo.

C. herbaceum, humile erectum, foliis ſubcordato-ovalibus obtuſis integris tomentoſis, ſpicula dichotomali pauciſſimiflora, flore femineo unico pedicellato cernuo. *Michaux flor. bor. Amer.* 2. *p.* 215.

Habitat in Carolina, in Tenneſſée. ☉

Caulis ſimplex ſemipedalis apice dichotomus, piloſus. *Folia* petiolata alterna, ad ramorum diviſiones terna, ovata baſi cordata obtuſa mucronulo brevi, ſupra viridia, pilis minutis ſtellatis punctata mollia, ſubtus tomentoſa incana. *Petioli* foliorum fere longitudine. *Glandulae* nullae. *Spicae* axillares pauciflorae. *Capſulae* nutantes piloſae. *Laciniae* calycis lineari-lanceolatae acutae capſulas aequantes.

Obſ. *Crotoni* maritimo *Walt.* et disiunctifloro *Mich.* valde affinis. Cl. *Willd.* quoque eum inter ſpecies non enumerat, diverſitatemque negare videtur, caule tamen exacte herbaceo ceteroque habitu ſat diverſus mihi videtur.

110. *Croton tinctorius.*

C. foliis ovato-rhombeis repandis baſi biglanduloſis pulverulento-tomentoſis, capſulis pendulis ſquamoſis tuberculatis, caule tomentoſo-incano.

C. foliis ovato-rhombeis repandis baſi integerrimis, utrinque canis, pedunculis terminalibus ſubtrifloris, capſulis ſquamato-pubeſcentibus pendulis. *Willd. Spec. Plant. p.* 538.

C. foliis rhombeis repandis, capſulis pendulis, caule herbaceo. *L. Hort. upſ. p.* 290. *Mat. med.* 207. *Gouan. monſp.* 495. *Gron. orient.* 298. ? *Mill. dict. N.* 1. *Lamarck Encycl.* 2. *p.* 213. *Gärtn. de fruct. et ſem. Cent.* 7. *tab.* 107. *f.* 6.

C. foliis ovatis plicatis ſcabris, capſulis e pedunculo ramoſo pendulis. *Royen. lugdb. p.* 532. *Sauv. monſp.* 305.

Ricinoides, ex quo paratur Tourneſol gallorum. *Tournef. inſt. p.* 655. *Niſſol. act.* 1712. *p.* 337. *tab.* 17.

Heliotropium tricoccon. *Bauh. pin.* 235. *Cluſ. hiſt. lib.* 4. *p.* 47. *cum ic. bona.*

Ἡλιοτρόπιον μικρόν. *Dioſcorid. lib.* 4. *c.* 194.

(Semina ἀκροχορδόνων [verrucarum penſilium] ſimilia facit.) *Matthiol. comm. p.* 628. toto coelo aberrat, dum id Heliotropium cum Calendula officinali commutat. Sed iam *Plinius lib.* 22. *c.* 21. in errorem lapſus erat, dum Helioſcopium minus tricoccum ubique creſcere adfirmaret, quod ad Euphorbiam helioſcopiam tantummodo quadrat. Eum errorem primus animadvertit *Nicol. Leonicenus (de Plin. error. p.* 46.*)* ſed ipſe determinare nequivit, qualis ſit ea planta, et male adverſus *Nicolaum Pandulph. Collinutius* defendere *Plinium* ſategit; a plantarum notitia alienus optimum *Leonicenum* ad *Auguſtinum* ipſum relegat.

Primus fere *Theodor. Tabernaemontanus* (Kräuterb. B. 2. S. 265.) veram *Dioſcoridis* plantam deſcripſit et icone ligno inciſa illuſtravit.

Habitat in Europa auſtrali. Barbaria. Colitur praeprimis circa Monspelium.

Caulis cum *ramis* proſtratus diffuſus pedalis ſubdicho-

tomus angulatus tomentoſus incanus. *Folia* petiolata alterna, rhomboidea vel ovalia, undulata, ſinuata, pulverulenta ſubtomentoſa, interiectis pilis ſtellatis diſtinctis maioribus, utrinque obtuſa, trinervia, ſesquipollicaria. *Petioli* ſoliis ſaepe duplo longiores teretes. *Glandula* fuſca utrinque in margine foliorum ſubtus ad inſertionem petioli, impreſſa. *Racemi* breves ſeſſiles terminales et axillares, tomentoſi. *Flores maſculi* plures ſubſeſſiles. *Calyx* 5-phyllus. *Petala* 5. lanceolata. *Stamina* octo filamentis connatis. *Bracteae* ſetaceae tomentoſae. *Flores feminei* ad baſin racemi longe pedunculati nutantes remotiores. *Capſulae* pendulae piſo parum maiores purpuraſcentes, ſquamis albidis et mucronulis tectae.

N. *Ramuli* floriferi, pigmentum continentes, in molis piſti, pilis moluntur, ut ſuccus exprimatur. Ii ſucco ſoli expoſito immerguntur lintea, quae deinde a vaporibus calcis vivae et urinae impraegnantur. Ea lintea ſicca rubra ſunt, aquae impoſita coeruleum praebent colorem. (*Tournesol en drapeau.*)

III. *Croton plicatus.*

C. foliis ovatis plicatis crenatis hirſutis, baſi biglanduloſis, capſulis pendulis villoſis, caule ſuperne hirſuto.

C. foliis ovatis obtuſis plicatis crenatis hirſutis, ſubtus incanis, baſi biglanduloſis, racemis paucifloris terminalibus. *Willd. Spec. Plant.* p. 538.

C. foliis ovatis plicatis crenatis hirſutis, caule herbaceo. *Vahl ſymb.* 1. p. 18.

C. *tinctorium*, γ. foliis ovatis integris undulatis, capſulis erectiusculis pilis ſtellatis obtectis. *Lamarck Encycl.* 2. p. 213.

C. tinctorium. *Burm. flor. ind.* 304. *tab.* 62. *f.* 1.
C. tinctorium. *Forſk. fl. aegypt. Cent. VI. p.* 162.

Habitat in Arabia felici et India orientali. ⊙

Rami teretes ſcabriusculi incani, ſuperne hirſuti uti folia e pilis denſis ſtellatis. *Folia* Heliotropii ſupini, petiolata, ovata, plicata, rugoſa, crenata, apice rotundata, ſubtus denſius piloſa, molliter incana, ſemipollicaria vel ultra. *Petiolus* longitudine folii, glandula purpuraſcens ad apicem et binae ſubtus ad baſin folii. *Inflorescentia* ut in *C. tinctorio.* *Capſulae* pendulae violaceo-purpureae. *Vahl. l. c.* *Capſulae* pilis longis ſtellatis tectae absque ſquamis.

112. *Croton obliquus.*

C. foliis ovato-lanceolatis integerrimis tomentoſis eglanduloſis, capſulis pendulis ſquamoſis, caule tomentoſo.

C. foliis ovato-lanceolatis integerrimis cauleque herbaceo tomentoſo. *Vahl. ſymb. bot.* 1. *p.* 78. *Willd. Spec. Plant. p.* 539.

C. argenteum. *Forſk. cat. plant. aegypt. p.* 75. *n.* 491.

Habitat in Aegypto.

Affinis praecedenti diſtinguitur autem pilis minus diſtinctis, ut tota planta tomentoſa appareat *foliis* utrinque anguſtis planis integerrimis, *glandulis* nullis nec in petiolo ad baſin foliorum, demum foliis altero latere baſi obliquis anguſtioribus. *Vahl l. c.* *Capſulae* ſquamis albidis tectae, purpuraſcentes.

113. *Croton verbaſcifolius.*

C. foliis ovato-oblongis repandis petiolatis utrinque tomentoſis mollibus, racemis terminalibus, capſulis

ſquamato-pubeſcentibus pendulis. *Willd. Spec. Plant.* p. 539.

Ricinoides, ex qua paratur Tourneſol Gallorum, folio oblongo et villoſo. *Tournef. cor.* 45.

Habitat in Graecia, Oriente. ☉

Caulis dichotomo-ramoſus, denſe albo-tomentoſus. *Folia* ovato-oblonga bi- ſeu tripollicaria utrinque craſſo tomento e pilis ſtellatis compoſito tecta, leviter repanda, petiolata. *Racemi* in apice et dichotomia ramorum. *Flores* reſpectu racemi longe pedunculati. *Capſulae* purpureae, ſquamulis albis tectae, a *C. tinctorio* foliis denſe tomentoſis ovato-oblongis, nec rhombeis leviſſime repandis, abunde diverſum. *Willd. l. c.*

*114. *Croton denticulatus.*

C. foliis ovatis denticulatis ſupra glabriuſculis, capſulis lanatis, caule villoſo.

Habitat in Syria. ☉ *herb. Desfont.*

Caulis herbaceus erectus alternatim ramoſus, teres, ſtriatus villoſus. *Folia* petiolata, ſemipollicaria, ovata, craſſa, rigidiuscula, ſupra aetate glabra, nervoſa, avenia, ſpinuloſo-denticulata, mucronata. *Flores* axillares; maſculos non vidi. *Capſulae* oblongae, magnitudine piperis nigri, lanatae. *Vahl.*

115. *Croton triqueter.*

C. foliis cordatis ovatis attenuatis ſerrulatis ſubtus villoſis baſi biglanduloſis, caule triquetro angulis lanatis.

C. foliis ovato-oblongis acutis ſerrulatis tomentoſis, petioli linea tomentoſo-lanata decurrentibus. *Lamarck Encycl.* 2. p. 213. *Willd. Spec. Plant.* p. 539.

Habitat in Brasilia prope Rio Janeiro.

Caulis herbaceus triqueter, angulis acutis lanatis, di- vel trichotomus. *Folia* petiolata alterna cordato-ovata, superiora opposita ovato-lanceolata acuta, basi rotundata, serrulata, supra pubescentia, oculo armato punctata, subtus e pilis stellatis tomentosa, 2-3- vel 4-pollicaria. *Glandula* parva utrinque ad basin. *Petioli* foliis sextuplo breviores villosi, fulvi. *Spicae* in dichotomia et apice pollicares sessiles crassitie digiti tomentosae. *Flores* bracteati. *Bracteae* cuneiformes ciliato-dentatae.

* 116. Croton *caudatus*.

C. foliis cordatis ovatis serratis scabriusculis, glandulis pedicellatis petiolaribus subtus et ad serraturas, caule angulato scabro, racemis longissimis.

Habitat in India orientali. *Rottler*.

Caulis herbaceus? *Rami* angulati scabri pilisque minutisque stellatis adspersi. *Folia* petiolata alterna, cordata, ovata acuta, serrulata; glandulae pedicellatae inter serraturas, nervoso-venosa, ad ultiora 3—4 pollicaria, utrinque scabriuscula, oculo armato pilis raris stellatis conspersa, iuniora tomentosa incana. *Petioli* sesquipollicares. *Glandula* petiolaris flava utrinque ad basin foliorum, cava, pedicellata. *Racemus* terminalis compositus dodrantalis et ultra. *Flores masculi* superiores sparsi. *Calyx* 5-fidus externe scaber margine tomentosus niveus, intus glaber. *Filamenta* lanata nigra. *Flores feminei* inferiores remotiores. *Germina* hirsuta incana calycibus reflexis.

* 117. Croton *mollissimus*.

C. foliis ovato-cordatis peltatis tomentosis mollissimis

denticulatis, racemis compoſitis, caule ſuperne ſulcato incano.

Habitat in China.

Caulis herbaceus. *Rami* tomentoſi ſulcati incani. *Folia* petiolata alterna 3 vel 4 pollicaria, baſi non minus lata ovato-cordata, acuminata, acuta, denticulata, utrinque tomentoſa molliſſima, ſupra ferruginea ſubtus incana, nervoſa, venoſo-reticulata. *Petiolus* parum intra marginem inſertus. *Glandulae* ſupra oblongae planae in regione apicis petioli. *Racemus* terminalis ſpithameus, pedunculi partiales ſparſi tripollicares. *Flores* copioſi ſubſeſſiles conferti incani, maſculi cum femineis mixti. *Bracteae* ſetaceae florum longitudine. *Capſulae* tectae ſetis flexilibus furfuraceo-tomentoſis copioſiſſimis. *Styli* fuſci penicellati.

*118. *Croton ſolanifolius.*

C. foliis oblongis remote obtuſo-ſerratis glabris, racemulis axillaribus, flore femineo ſolitario reflexo, caule glabro.

Ricinus minor indicus Solani folio. *Breyn. cent. p.* 118. *tab.* 54. *Moriſ. hiſt. tom.* 2. *p.* 348. *tab.* 3. *fig.* 16. *Plukn. Alm. p.* 320.

Habitat in India orientali. ☉ *König.*

Caulis herbaceus ramoſus glaber erectus ſesquipedalis, teres, inanis; rami erecti, ſparſi, patentes. *Folia* petiolata alterna, oblonga, acuta ſubrepanda remote ſerrata, nervoſa, venoſa, utrinque glaberrima, 2—4 pollicaria. *Petioli* foliis duplo breviores. *Glandula* utrinque ſubtus mucronata ad baſin in ipſo margine foliorum. *Spinula* minuta utrinque e ſtipulis deciduis ad baſin pe-

tioli. *Racemi* axillares pollicares, interdum 3 vel 4 pollicares, pedunculi filiformes. *Pedicelli* capillares inaequales vix femiunguiculares; alii fere feffiles aggregati remoti, in fingulo fafciculo flos femineus nutans pedicello craffiori. *Germen* tomentofum. *Capfula* triloba pyriformis glabra. *Semina* variegata nitida facie Ricini communis.

119. *Croton capenfis.*

C. foliis haftatis indivifisque lanceolatis integerrimis glaberrimis. *L. fuppl.* 422. *Willd. Sp. Plant. p.* 554.

C. foliis trilobo-haftatis lanceolatisque integris. *Thunb. prodr. fl. cap.* 2. *p.* 117.

Habitat ad Cap. bonae fpei.

Rami fimplices glabri. *Folia* petiolata alterna bipollicaria, inferiora integra lanceolata obtufa, fuperiora haftata auriculis oblongis obtufis, coriacea, utrinque glaberrima fubavenia. *Petioli* foliis multo breviores. *Glandulae* nullae. *Racemi* terminales.

120. *Croton lobatus.*

C. foliis inermi-ferratis, inferioribus quinquelobis fuperioribus trilobis. *L. Hort. Cliff.* 445. *Roy. lugdb.* 201. *Mill. dict. No.* 4. *Lamarck. Encycl.* 2. *p.* 215. *Vahl fymb. bot.* 1. *p.* 78. *Aublet. plant. guj.* 2. *p.* 884. *Ait. Kew.* 3. *p.* 376.

C. foliis tri-quinquelobisve ferratis, petiolis hirtis, caule herbaceo. *Willd. Spec. Plant. p.* 555.

Ricinoides herbaceum, foliis trifidis five quinquefidis et ferratis. *Mart. Cent.* 46. *tab.* 46.

C. trilobatum, foliis petiolo brevioribus, 3—5 lobis lanceolatis serratis. *Forsk. flor. aeg. Cent. VI. p.* 163.

Habitat in Vera Cruce et Aegypto. ⊙

Caulis herbaceus pedalis et ultra, ramosus, pilis patentissimis strictis hirtus. *Folia* petiolata alterna oppositaque, inferiora 5-, superiora 3-lobata, basi subcordata, lobis ovato-lanceolatis acutis serratis, pilosa, praesertim iuniora. *Petioli* longitudine foliorum hirti. *Glandulae* nullae. *Stipulae* subulatae. *Spicae* terminales et axillares, 2—4 pollicares patentes. *Flores* sparsi, *masculi* superiores parvi glabri, *feminei* hirti. *Calycis* 5 partiti *laciniae* lanceolatae acutae, longitudine capsulae obovatae hirtae. *Styli* 3 vel 4 purpurei, 4 et 5 partiti. *Bracteae* parvae subulatae.

121. *Croton spinosus.*

C. foliis palmatis quinquelobis spinoso-serratis, floribus cauli adpressis subsessilibus. *L. fl. zeyl. p.* 238. *Willd. Spec. Plant. p.* 556.

Ricinus maderaspatanus, quinquefidis durioribus foliis margine spinosis. *Pluk. alm.* 328. *tab.* 108. *f.* 3.

Habitat in India.

* * *

SPECIES DUBIAE.

1. *Croton cyanospermum. Gärtn.* 2. *p.* 120. *tab.* 107. *Lian-gluddie Zeylon. E collect. sem. hort. lugdb.*

Cal. 5-phyllus, sub capsula reflexus. *Caps.* globosa 3-locularis tricocca. *Cocculi* chartacei 2 valves. *Semina*

in ſingulo loculo gemina triquetra. *Integum.* triplex, extimum membranaceum, medium oſſeum, intimum albumini adnatum. *Embryo* inverſus. *Cotyledones* foliaceae.

Ad Andrachnen forſan ob ſemina geminata et embryonem incurvam debuiſſet referri, ſed mira ſeminis fabrica et ab Andrachne et ab omnibus tricoccis differt.

2. *Croton cardioſpermum. Kebbele Zeylon. Indidem.*

Capſ. globoſa tricocca. *Cocculi* chartacei. *Semina* ſolitaria, cordiformia. *Integum.* triplex, extimum rugoſum, medium cruſtaceum, intimum tenuiſſimum. *Embryo* inverſus.

Sine dubio fere a Crotonis genere aliena ſpecies: ſed maluit immortalis *Gärtnerus* nomine, quo datum fuerit ſemen, retinere, quam novum, magis dubium, nomen impertire.

* * *

STILLINGIA.

♂ *Perianth.* multiflorum urceolatum coriaceum, glandulis duabus cyathiformibus. *Cor.* tubuloſa, ore indiviſo, lacero-ciliato. *Filam.* 2 filiformia, baſi coalita.

♀ *Cal.* 1-florus inferus. *Cor.* ſupera. *Stigm.* 3. *Capſ.* 3-cocca, *ſem.* ſubtrigonis.

Character is ab *Alex. Gardenio* et *Thoma Waltero (ſl. carol. p. 239.)* indicatus etiamnum examine eget ulteriori. Etenim adeo adfine eſt genus *Sapium* Brown. et Jacq.

ut levissime duntaxat differat. Versatur autem discrimen in *Cal.* semibifido, *corolla* nulla; alia omnia congruunt.

1. *Stillingia sylvatica*, foliis sessilibus oblongis obtusis nitidis serrulatis, caule herbaceo. *Linn. mant.* 126. *Michaux. amer.* 2. *p.* 213.

Radix crassissima, lactescens. *Frutex* 3 pedalis, caulibus erectis. *Spica* s. amentum terminale sessile. *Flores* parvi flavi.

Habitat a Carolina ad Floridam. ♃

2. *Stillingia ligustrina*, foliis petiolatis lanceolatis utrinque attenuatis integerrimis, caule fruticoso. *Willd. Spec. Plant. p.* 588. *Michaux. l. c.*

Habitat ad ripas amnium, in sylvaticis umbrosis Georgiae. ♄

3. *Stillingia sebifera.*

St. foliis petiolatis rhombeis acuminatis integerrimis, caule arboreo. *Willd. Spec. Plant. p.* 588.

St. arborescens, foliis longe petiolatis subrhombeo-ovalibus acuminatis, infra basin glandula petiolari, floribus masculis pedicellatis. *Mich. flor. boreali-americ.* 2. *p.* 213.

Croton sebiferum, foliis rhombeo-ovatis acuminatis planis glabris, glandulis subpetiolaribus. *Vahl. symb.* 2. *p.* 96.

C. foliis rhombeo-rotundatis utrinque mucronatis integerrimis glabris. *L. Spec. Plant.* 1425. *Lamarck Encycl.* 2. *p.* 209.

Ricinus chinensis sebifera populi nigrae folio. *Pet. gaz. tab.* 34. *f.* 3.

Evonymo affinis, sinarum, populi nigrae folio, tricapsularis, granis nigris candidissima substantia obductis sebifera. *Pluk. Amalth.* 76. *tab.* 390. *f.* 2.

Arbor sinensis sebifera Kieu - yeu. *P. Martini* s. Arbor sebacea. *P. le Compte. Plulk. l. c.* p. 25. *Osbek's Reise nach China.* 320.

Habitat in China, Carolina, in Insula St. Crucis legit *West.* ♄

Arbor ramosissima, humanae altitudinis. *Rami* teretes, laeves, gemmis foliiferis. *Folia* alterna glabra, Populi nigrae, subtus subtomentosa, *petiolis* longis filiformibus, subcanaliculatis. *Nervi* foliorum circiter 12, subtus rubentes. *Flores* lutei, terminales, *masculi* et *feminei* in eodem thyrso. ♂ *Perianthium* minimum bidentatum, *corolla* nulla. *Filamenta* plura, brevissima. *Antherae* 2 subrotundae didymae erectae. ♀ *flores* infra masculos 6 — 7 vel plures, communi pedunculo adgregati. *Perianthium* tripartitum, laciniis acutis erectis. *Osbek it. p.* 320.

Folia integerrima utrinque glabra, subtus glauca, acuminata, basi rotundata vel utrinque mucronata. *Glandulae* duae sessiles subpetiolares ad basin foliorum. *Racemi* in apice ramorum, *flores masculi* superiores. *Calyx* communis monophyllus sessilis, floribus multis parvis pedicellatis, corolla monopetala globulosa dentata. *Stamina* subquinque, corolla breviora. *Flores feminei* inferiores pedicellati. *Calyx* tripartitus, laciniis ovatis acutis. *Capsulae* conicae, tricoccae, trigonae.

4. *Stillingia nutans.*

Croton nutans, foliis rhombeo-ovatis acuminatis, undulatis glabris, glandulis marginalibus. *Vahl. ſymb. bot.* 2. *p.* 96. *Willd. Spec. Plant. p.* 543.

C. foliis rhombeo-ſubrotundis acuminatis undulatis glabris nutantibus. *Forſt. prodr. p.* 67.

Habitat in Societatis Amicorum Inſulis. ♄

Similis *St.* ſebiferae, at *folia* minus acuminata, *glandulae* non in petiolo ad inſertionem foliorum, ſed fere in ipſo margine parum ſupra baſin, *ſpicae* elongatae 2—3 pollicares, flores diſtincti. *Vahl. l. c.*. *Flores* Stillingiae.

*5. *Stillingia populnea.*

St. foliis petiolatis ovato-cordatis acuminatis integerrimis, capſulis cordato-ovatis.

Habitat in Zeylona. ♄ *Dahl.*

Rami teretes glabri, ſuperne trichotomi. *Folia* petiolata alterna ovato-cordata, acuminata, integerrima, utrinque glabra, venoſa, 2—4-pollicaria, baſi multo latiora. *Petioli* teretes longitudine fere foliorum. *Glandula* fuſca impreſſa utrinque ſupra ad baſin folii in petiolo. *Racemi* filiformes. *Flores* Stillingiae, ♂ ſuperiores, ♀ inferiores. *Capſulae* longiſſime pedicellatae, nutantes, cordato-ovatae. *St. ſebiferae* et *nutanti* ſimillima quidem, in glandularum vero figura et ſitu, (*Stillingiae* ſebiferae petiolares et conicae, St. *nutantis* marginales,) et figura capſularum praeter habitum ſat diſtincta.

* * *

ALEURITES.

♂ *Cal.* 3-fidus. *Cor.* 5 petala. *Nect.* ſquamae 5 ad baſin petalorum. *Filam.* numeroſa in cylindrum coalita.

♀ *Cal. Cor. Nect.* ut in ♂. *Stigm.* 2 breviſſima. *Bacca* 2-cocca. *Forſt. charact. gen. n.* 56.

1. *Aleurites triloba*, foliis trilobis. *Willd. Spec. Plant. p.* 590. *Forſk. prodr. n.* 360.

Habitat in Societat. Inſulis. ♄

2. *Aleurites moluccana*, foliis ovatis ſubintegerrimis, corymbis dichotomis. *Willd. l. c.* Iatropha moluccana. *Linn. Spec. Plant.* 1428.

Habitat in Moluccis. ♄

3. *Aleurites peltata*,

A. foliis ellipticis integris ſubpeltatis, floribus dioicis.

Habitat in India orientali. ♄

Arbor aut frutex dioicus, in ſpecimine ſaltem, tantummodo flores maſculi. *Rami* glabri ſuperne trichotomi angulati. *Folia* petiolata alterna elliptica, acuminata, baſi rotundata, ſubpeltata, integerrima, undulata, venoſa, utrinque glabra, adultiora 6—8 pollicaria. *Petioli* glabri teretes bipollicares. *Glandulae* nullae. *Racemi* terminales. *Flores maſculi* aggregati ſubſeſſiles. In collectione *Vahlii* inter Species *Crotonis* collocata fuit, cum ſigno interrogationis. Habitus vero et flores maſculi ſpeciem Aleuritis demonſtrant.

† 4. *Aleurites commutata*, foliis ſubcordatis angulatis, obtuſis repandis ſcabris ſubtus tomentoſis.

Croton moluccanum. Linn. Willd. Spec. Plant. 551.

Habitat in Moluccis et Zeylon. ♄

Cum bacca dicocca ſit (*Burm. zeyl.* 170. *Juſſ. gen. pl.* 389.) huc potius referenda, quam ad Crotonis genus.

Croton ſeſſiliflorum Swartz. prod. p. 100. *Flor. Indiae p.* 1179. eſt genus diſtinctum e familia Rhamnorum, cui adiungenda eſt altera ſpecies a *Koenigio* in Zeylona lecta.

Arbor aut *frutex* dioicus. *Rami* teretes glabri, ſuperne villoſiusculi, cortex purpuraſcens. *Folia* petiolata, alterna, ſuperiora ſuboppoſita, ovato - lanceolata, elongata, acuminata, integerrima et denticulata, utrinque glaberrima, ſubtus pallidiora, punctis copioſiſſimis impreſſis conſperſa, venoſa, 3—6 pollicaria. *Petioli* foliis dimidio breviores piloſi. *Glandula* utrinque impreſſa ad inſertionem petioli. *Racemi* laterales, foliorum fere longitudine, ante antheſin e bracteis ovatis acuminatis apice reflexis ſquamoſi. *Flores maſculi* ſeſſiles conferti, *feminei* ſubpedicellati.

Partium eſſentialium exactiſſima deſcriptio *Königii* in herbario *Royenii* a *Vahlio* excerpta, ſequens eſt.

Mas: Calyx 5-fidus campanulatus. *Petala* 5, nectarii margini innata, erecta, ovata, apice parum laciniata, *calyce* minora. Filamenta 5-adelpha, nectario innata,

baſi campanulata, apice ſoluta, longitudine calycis. *Antherae* parvae globoſae, ſaepius coccineae. *Styli* 3 ſteriles, diſco antherarum uniti. *Fem.: Calyx* et *corolla* ut in mare. *Germen* globoſum, triſulcum, glabrum. *Styli* 3 depreſſi, planiusculi, germine parum longiores. *Stigmata* bifida obtuſiuscula, parum latiora, rubra. *Capſula* turbinata, trilocularis, elaſtice deſiliens. *Semina* ſolitaria. *Savia* dicitur *Willdenowio Spec. Plant.* 4. p. 771.